



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova
Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm
Lectiovm Latinarvm Et Græcarvm**

Labbé, Philippe

Parisiis, 1653

In Specimine Latinarvm Lectiovm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13263



PHILIPPI LABBEI

BITVRICI, E SOCIETATE IESV,
NOVA BIBLIOTHECA
MSS. LIBRORVM.

SIVE SPECIMEN
ANTIQVARVM LECTIONVM,
LATINARVM ET GRÆCARVM,

In quatuor partes tributarum.

- I. *Historicam & Chronicam.*
- II. *Biblicam & Theologicam.*
- III. *Epistolicam & Diplomaticam.*
- IV. *Technicam & Philologicam,*
Cum Coronide Poëtica.

PRIMA PARS

Historica & Chronologica.



ROSPERI Tironis Aquitani V. C. Chronicon
integrum, hactenus ineditum.

Prima pars, ab Adamo ad mortem Valentis Impe-
ratoris, cum adnotatione Consulum Romanorum
ab anno 55. Tiberij Augusti. *Ex duobus exemplaribus*

calamo exaratis.

A

Pars altera, ab anno 379. siue à morte Valentis, vsque ad annum 455. quo Roma à Vandalis capta est, auctior atque emendatior in pluribus, quam quæ antea vulgata est. *Ex tribus Mss.*

IDACII Lemicæ in Gallecia Episcopi, Fasti Consulares integri, seu descriptio Consulium Romanorum, ex quo primùm ordinati sunt, vsque ad secundum Anthemij Consulatum, adeoque annum æræ Christianæ 468. *Ex mss. codice optime notæ,* quo vsus fuit *ἰουαννῆς* R. P. Iacobus Sirmondus in edendo eiusdem Idacij Chronico, & parte aliqua horumce Fastorum.

Series Romanorum Pontificum à S. Petro ad Liberium Papam. *Ex veteribus schedis v. C. Nic. Fabri Parisiensis,* quarum plura vidi apographa.

Imperatores Romæ vel Constantinopoli regnantes, ab Augusto ad Iustinum. *Veteri ex codice ms.* Epistolarum S. Hieronymi ad calcem cum Isidori fragmentis.

Alter Series Romanorum Imperatorum ab Augusto vsque ad 31. Heraclij annum. *Ex codice mss. vncialibus litteris exarato,* in quo Fredegarij, quod dicitur, Chronicon, siue Appendix Gregorij Turonensis, vsque ad caput 90. de VVillebadi interitu & Flaocadi obitu.

ANONYMI Græci, qui sub Alexandro Imperatore vixisse perhibetur, libellus, seu Chronicon de Diuisionibus & Generationibus Gentium, longè auctius atque emendatius *ex ms. Exemplari,* atque in sectiones 20. distributum.

Chronologia breuis vsque ad Heraclium Imperatorem. *Ex codice mss. Puteano.* Est etiam breuior *in codice Regio 1440.* ab orbe condito ad M. Aurelium, & alia *codice 208.* à Nino ad Iustinum Seniore.

Supputatio annorum edita à B. Iuliano Toletana sedis Archiepiscopo paulò aliter digesta, atque emendatior eâ, quæ apparet in *Tomis Bibliothecæ SS. Patrum Parisiensis & Colonienfis,* libro tertio extremo demonstrationis eiusdem Iuliani desextâ atate aduersus Iudæos. *Ex ms. exemplari.*

FR. DEVTINO summa de Ætatibus: *Ex codice Thuano.*
412.

De rebus Iustiniani, & aliorum deinceps Imperatorum, vsque ad Leonem Isauricum, qui eodem anno obiit, quo Carolus Martellus. *Ex codice ms.* in quo post Isidori Historias Gothorum Vandalorum & Sueuorum, sequuntur incerti Authoris fragmenta de Origine & rebus gestis Constantini Magni, de Zenone & Anastasio Imperatoribus, ac Rege Ostrothorum Theoderico.

qua V. C. Henricus Valesius post Ammianum Marcellinum edidit.

Historica quaedam excerpta ex veteri stemmate Genealogico primæ stirpis Regum Francorum *in veteribus membranis depicto.*

Chronicon vetus ad Carolum Magnum, cum serie Regum Francorum vsque ad Philippum I. *Ex codice mss. Puteana Bibliotheca.*

Breuis annorum summa ab orbe condito ad annum Karoli Magni 22. *Ex codice antiquissimo Conciliorum post seriem Pontificum Romanorum à S. Petro ad Adrianum I. qui modò versatur in Bibliotheca V. C. Sebastiani Hardy in Prefectura Parisiensi Senatoris Regij.*

Abbreuiatio Chronica ab Adamo vsque ad annum Christi 810. *Ex codice mss.*

Chronicon incerti: *Ex codice Thuano 453. In codice. 334. II. Partis Bibliotheca Regia* habentur Chronica abbreuiata cum tractatu de gestis Francorum.

CLAVDII Chronologi, qui anno 814. scribebat, breuis Chronica, ad Hebræorū calculos exacta, imperfecta licet & sine mutila, *In codice mss. quo fuimus vsi. Is fortè est, qui in Petauiana Bibliotheca indice ms. numero 148. dicitur.*

CLAVDIVS de sex Ætatibus: neque enim conferre licuit, cum omnes illi libri Stolcolmium fuerint deportati ad Serenissima Suecorum Gothorum Vandalorumque Reginae CHRISTINÆ instructissimam Bibliothecam. Est etiam *In codice 540. Abbatie sancti Germani Pratenfis* breuissima Chronologia ab Adamo ad Carolum Magnum, & *in codice 511. eiusdem Bibliotheca* Chronicon Romanorum Pontificum & quædam alia.

Chronica Regum Francorum breuiter digesta, Anonymo auctore, qui sub Rege Carolo Caluo scribebat ante mensem Septembrem anni 855. quo Lotharius Imperator Prumia obiit. *Ex codice mss. Tiliano.*

Chronicon Engolismense excerptum ex codice Conciliorum *Bibliotheca Tiliana* ab anno 814. ad 891.

Chronicon Flauiniacense: quod paullo post Historiam Viridunensium Episcoporum appellabimus. *Ex ipso, ut creditur, auctoris autographo*, quod apud nos est, ex quo nonnulla exemplaria descripsit Andreas Duchesnius.

Chronicon breue Aquitanicum, aliàs Lemouicense appellatū, ab anno 834. ad 1025. *Ex codice mss. Bibliotheca Memmiana*

NOVAE BIBLIOTHECAE

4
cuius plurima vidi exemplaria, eruditorum virorum, Frontonis Ducæi, Iacobi Sirmondi, Ioannis Beslyi, & aliorum, manu descripta, quæ contulimus. Eadem quoque *Bibliotheca Memmiana* subministravit & aliud Chronicon Lemouicense, seu sancti Martialis dictum, ab anno 938. ad annum 1037.

ADEMARI Chabanensis, Monachi S. Eparchij Engolismensis Historia Aquitanica, siue Chronicon à Carolo Martello, vsque ad annum ML. *Ex codice MSS. 197. Bibliotheca Thuana.* Quæ verò sequuntur conuentiones, inter VVilhelmum Aquitaniae Ducem & Hugonem Chiliarcham, editæ sunt paginâ 592. & sequentibus Tomi primi nostrorum Miscellaneorum. Eidem quoque tribuitur commemoratio Abbatum Lemouicænsis Basilicæ Martialis Apostoli, cuius apographum vidi manu D. Ioannis Beslyi exaratum, cum appendice ab alio Monacho additâ.

Chronicon Armoricum breue ab anno 421. ad 1056. *Ex mss. exemplari*, cui poterit addi Briocense ab anno 365 ad 1414. cum genealogiâ Comitum & Ducum Britannia minoris, vsque ad Franciscum, qui Arturo successit, anno 1458. si liceat aut codices ipsos Mss. aut eorum apographa nancisci à Domino D. Sebastiano de Molac, aut à D. Ludouico Odespung de la Meschiniere.

Chronico Incerti à morte Ludouici Pij, ab anno 840. ad annum 1109. *Ex codice Thuano 239.* In codice Regio 1445. est & Chronicon breue vsque ad Philippum I. Francorum Regem, cum Calendario veteri & quibusdam aliis.

HVGONIS Floriacensis Historia ad Iuonem Episcopum Carnotensem. *Ex codice 337. II. Partis Bibl. Regia.*

Chronicon Leodiense ab anno 400. ad 1132. *Ex codice mss. Bibl. sancti victoris Parisiensis.*

Incerti Chronicon ab orbe condito ad annum 1135. *Ex codice Regio 1349.* post librum de tribus maximis circumstantiis gestorum.

Chronicon Malleacense, seu potius Excerpta ex ingenti opere Chronologico ab ortu rerum ad annum 1140. quod ex cuiusdam IULII FLORI historiâ, aliisque hinc inde collectum fuit, iisque præcipue auctum, quæ ad res Aquitanicas pertinent. *Ex codice mss.* qui fuit olim V. C. Ioannis Beslyi in præfectura Fontiniaci Comitatus apud Pictonas Aduocati Regij, & quem mihi vtendum dederunt clarissimi Petrus & Iacobus Puteani Fratres.

Chronicon, sub titulo Hieronymi & Augustini, & de sex ætatibus mundi, vsque ad Henricum Imperatorem, *ex codice Regio 1633.* in quo & alia historica.

Eusebiani Chronici Appendix vsque ad annum 1126. *Ex codice Thuanano 347.*

Chronicon HVGONIS & RICHARDI Pictauiensis vsque ad Ludouicum Iuniorem Francorum Regem. *Ex codice Thuanano 438. in quo & breuis Historia de Rebus Roberti Guiscardi, quam vulgauimus pag. 594. Tomi II. Miscellaneorum nostrorum.*

Chronicon sancti Michaëlis de Tumba, seu in periculo maris, in extremis Normanniæ finibus, ab anno 506. ad 1154. quo electus est Abbas Robertus de Torinneio. *Ex codice mss. eiusdem Monasterij. Subiungitur breuis historia eiusdem Cœnobij, cum serie Abbatum ab anno 966. ad annum 1411. Extat in codice Regio 899. fundatio sancti Michaëlis de monte Tumbâ in periculo maris.*

Breuis ad SIGEBERTI Chronicon Appendix ab anno 1113. ad 1162. *Ex mss. exemplari.*

Chronicon Autisiodorensis, ab anno 1005. ad 1174. vbi multa de Comitibus Niuernensibus. *Ex codice mss.*

Chronica solemnis Romualdi Archiep. Salernitani vsque ad an. 1178. *Ex codice Regio.*

Chronicon duplex Monasterii sancti Albini Andegauensis. Primum ab anno 929. ad 1200. Alterum ab anno 768. ad 1106. *Ex variis codicibus & apographis eiusdem Abbatie cum Appendicibus ex codice Petauiano, & nonnullis aliis.*

Chronica GAVFREDI Cœnobita Monasterii sancti Martialis Lemouicensis, ac Prioris Vosiensis. *Ex apographo collato cum variis mss.*

Chronicon Turonense Ioannis Monachi maioris Monasterii, à Christo nato ad annum 1224. *Ex codice Regio 1437. In quo & aliud Chronicon ab orbe condito ad annum 1209.*

Chronicon Turonense ab orbe condito ad annum 1227. auctore Anonymo, qui fuit Canonicus sancti Martini Turonensis, *Ex codice nostro mss. optime notæ, cui præfixa est breuis Chronologia à natali Christi ad annum 1250.*

Chronicon S. Petri Caralaunensis ab anno 1009. ad 1223. *Ex codice mss. eiusdem Abbatie.*

Chronicon Andegauense amplissimum, quod Vindocinense à nonnullis dicitur, ab anno 678. ad 1251. descriptum *ex codice mss. Vindocinensis Cœnobij.*

Fragmentum Genealogicum ex Chronicis Haynoniensibus collectis per Magistrum Balduinum de Auennis. *Ex mss. Exemplari V. C. Domini Ioannis du Bouchet Equitis.*

Series Imperatorum à Iulio Cafare ad Federicum II. & Regum Gallia à Pharamundo ad Ludouicum IX. *Ex codice Regio 1822.*

Chronicon incerti vsque ad annum 126. *Ex codice Thuano 592.*

Thomæ Chronica ab Augusto ad Rodulfum. *Ex codice Regio 227.* post Martini Poloni Chronicon, & ante Gofridi Monumentis historiam de Regibus maioris Britannia.

Chronicon Lemouicense ab Adamo vsque ad annum 1265. *Ex codice Thuano 529.* Est aliud Chronicon Abbatum sancti Marcialis Lemouicēsis à Pipino Rege ad an. 1316. quod ex *Bibliotheca Cordesiana codice mss.* descripsit aut integrum, aut magna ex parte Ioannes Beslyus. Idem quoque excerptit nonnulla ex Chronico sancti Stephani Lemouicensis, quod erat in Bibliothecâ Domini Ribier Regi ab interioribus consiliis. Porro iis vtemur excerptis, si non liceat autographos ipsos nancisci codices.

Chronicon S. Vincentij Metensis ab anno 511 ad 1279. *Ex veteribus membranis eiusdem Cœnobij.*

Chronicon ab initio mundi, ad annum 1281. *Ex codice Regio 79.*

Chronicon à creatione mundi, ad annum 1300. *Ex codice mss. Bibliotheca P. C. Gabrielis Naudæi, artigia Prioris.*

Chronicon F. BERNARDI GUIDONIS, ordinis Prædicatorum, Episcopi Lodeuensis, in quinque partes diuisum: *Ex codice Thuano 567.* & ex membranis P. C. Iuliani Brodæi in supremâ Curia Parisiensi causarum Patroni.

Eiusdem Guidonis liber de Concilijs, extat in codice eiusdem Bibliothecæ Thuanae 453. cum Chronico incerti, Imperatorum vitis, & Regum Franciæ Genealogia. In codice 252. habetur Tractatus de Annis Conciliorum Generalium & Prouincialium. In Regio verò codice mss. Eiusdem sunt Catalogi Paparum, Imperatorum, Regum Franciæ, & Comitum Tolosanorum, nec non de tempore celebrationis Conciliorum.

Memoriale Historiarum IOANNIS Parisiensis, qui fuit Canonicus S. Victoris vsque ad annum MCCCXXII. *Ex codice mss. Bibliothecæ Regiæ.* Alterum eius exemplar è Petauiana delatum est in Sueciam.

Chronicon Bezuense IOANNIS Monachi extat in codice 696. Bibliothecæ Regiæ hactenus ineditum: sed quia accepimus R. P. Petrum Franciscum Chiffletium Societatis nostræ Theologum de eo post Benignianum Diuionense Chronicon publicando cogitare, ab vtroque superfedebimus.

Chronica Martiniana. *Ex codice Thuano 698.* In quo etiam reperitur Epitome Conciliorum, & de Regibus Francorum.

Chronicon IOANNIS FRASQVETI Monachi sancti Germani Antifiodorensis. *Ex codice ms.*

Chronicon Vezeliacense ab anno Christi Natali, ad annum MCCCXVI. *Ex antiquo ms. codice eiusdem abbatiæ,* descripsit V. C. Iacobus Choletus, in suprema Parisiensi Curia causarum Patronus, mihiq; communicavit.

Historia Polychronica ab initio rerum, ad annum MCCCCLXXVI. *Ex codice Regio 475.* In 1666. habentur vitæ Imperatorum Romanorum breuiter descriptæ usque ad Anastasiû.

Chronica Regum Franciæ, usque ad Carolum V. *Ex codice Thuano 279.*

Historia Karoli VI. Francorum Regis, ab anno MCCCCLXXX. ad MCCCCXVI. scripta in Monasterio S. Dionysij in Francia iussu duorum Abbatum. *Ex codice Thuano 87.*

STEPHANI DE CONTY Monachi Corbeiensis Historia sui temporis. *Ex codice 520. Bibliotheca Monasterij sancti Germani à Pratis, qui fuit olim Abbatia sancti Petri Corbeiensis.*

Chronicon Ordinis CARTVSIANI, *ex codicibus 68. & 387. Bibliotheca Thuana,* in quibus etiam reperiuntur statuta Cartulianorum cum notis, Liber de origine & veritate perfectæ Religionis ad defensionem Ordinis Cartusianorum, Prioris cuiusdam Maioris Cartusiæ de ceremonijs quibusdam ordinis Cartusiani ad Bonifacium Cartusianum, Eiusdem quoque Prioris Epistola, quare ordo Cartusianorum non habet multos sanctos canonizatos, & de approbatione & confirmatione ordinis Cartusiani à Romanâ sede & Romanis Pontificibus. Extant & in codice 382. eiusdem Bibliothecæ Consuetudines in officio Diuino apud Cartusianos, & in codicibus 286. & 287. statutorum eiusdem ordinis partes duæ cum glossis.

Chronicon Fontanellense, siue Abbatia S. Vandregisili in pago Calerensi diocesis Rotomagensis. *Ex apographo codicis ms. qui est in Collegio Tornacensi Societatis Iesu in Belgia.*

Annalium Beccensium Epitome magnis, Gallorû, Anglorumque illustrata conatibus: Auctore Francisco Carreo Lexoueo Monacho. *Ex ms. exemplari.*

Chronicon Dolense, seu Abbatia B. Mariæ Burgidolensis in Biturigibus, incerto auctore. Edidimus ad calcem Tomi primi Miscellaneorum nostrorum, *ex codice membran. ms. quem vendendum dederat V. C. Dominus Desmarests Generalium Regij apud Bi-*

Virgas Theſauri iudicium Præſes meritiſſimus. Nunc verò auctias prodit ope alterius codicis MS. Accedunt quoque Catalogi Abbatum eiufdem Cœnobij & Principum Dolenſium ſeu Dominorum Caſtri-Radulfi.

Chronicon S. Vitoni Viridunenſis ab anno DCCCCII. ad MDXCVIII. *Ex archivis eiufdem Abbatia depromptum.*

Historia PATRIARCHARVM, ſive Archiepiſcoporum BITURICENSIVM, à ſancto VRSINO primo Antiftite, uſque ad IACOBVM REGIVM. Auctore Anonymo, qui Monachus Sanſulpitianus fuiſſe creditur. *Ex codice MS. qui fuit olim in Bibliotheca VV. CC. Ioannis Jacobi de Cambray & Claudij de Beaux-oncles inſignis Eccleſiæ Bituricensis Decanorum, cuique Indicem texuit anno 1608. vir doctiſſimus Carolus de la ſauſſaye Decanus Aurelianenſis, eo uſus in conſcribenda Aurelianenſium Præſulum Historia, ut conſtat ex Vitis BB. Philippi Berruier, & Rogerij de Ternis. Is verò codex in manus meas venit beneficio Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Patriarchæ Archiepiſcopi Bituricensis, Aquitaniæ Primatis, D. D. ANNÆ DE LEVIS VENTADORII.*

Historia Epifcoporum Antiftodorenſium, à ſancto Peregrino primo Antiftite, duas in partes diuiſa, vna cum Appendice uſque ad D. Iacobum Amiotum. *Ex codice MS.*

Vita Archiepiſcoporum Senonenſium. *Ex codice Thuano 105.*

Historia eorundem Archiepiſcoporum Senonenſis Eccleſiæ uſque ad annum MDLVIII. ab Urbano Reuerſey Doctore Parisienſi & Senonenſi Præcentore ſcripta, apparet in *Indice Bibliothecæ Thuaniæ numero 789.*

Historia Epifcoporum & Comitum Engoliſmenſium: *ex apographo MS. quod deſcriptum fuiſſe arbitror ex codice 733. Bibliothecæ Petaviianæ.*

Catalogus Epifcoporum Magalonenſium uſque ad mortem Galterij anno MCXXXIII. Auctore domno Arnaldo de Verdala Magalonenſi Antiftite. *Ex MS. exemplari.*

Gèſta Pontificum Metenſium uſque ad annum MCLXXXI. *Ex codice Puteanæ Bibliothecæ.*

Epitome Geſtorum quorundam Eccleſiæ Petracoricenſis Præſulum incerto Auctore ab anno DCCCGLXXVI. ad annum MCLXXXII. *Ex veteri codice Petracoricenſi.*

Historia Freuirenſium Archiepiſcoporum, uſque ad annum MCXXXII. *Ex codice 760. Bibliothecæ Thuaniæ.*

Historia Epifcoporum Viridunenſium, à primo Antiftite ſancto SANCTINO uſque ad annum Chriſti MCH. & Abbatum Flauiniacenſium.

niacensium. Auctore Hugone S. Vitoni apud Viridunū Monacho, atque Abbate Flauiniacensi. *Ex codice Ms. optimæ note.*

Historia breuis Episcoporum Ecclesiæ Viridunensis. Auctore Berthario Presbytero ad Dadonem Episcopum. *Ex Apographo Codicis Viridunensis.* Continuatio eiusdem Historiæ ab anno 1048. vsque ad annum 1144. Auctore Laurentio quodam cœnobij sancti Laurentij Leodiensis Monacho, qui in Abbatia S. Vitoni aliquandiu habitauit, opusque suum Alberoni de Chiny eiusdem vrbs Clauorum Episcopo dedicauit. Eidem nescio quis Appendicem attexuit vsque ad annum 1250. quo mortuo Federico Imperatore Pōrifex Innocentius IV. Mediolanum repetiit. *Ex codice ms. R. P. Hieronymi Vignier Oratorij D. N. I. C. Presbyteri,* in quo ante Laurentij ad Alberonem Epistolam præcedunt Miracula meritis B. Firmini Septimi Viridunensium Episcopi varijs in locis edita.

Historia sacra Petri MALLII, quam sæpe in Appendicibus ad posteriores Tomos Annalium Ecclesiasticorum citat Eminentissimus Cardinalis Casar Baronius. *Ex Ms. exemplari.*

Gesta Abbatum S. Germani Autissiodorensis ab anno Christi DCCCCLXXXIX. ad MCCXC. scripta à fratre GVIDONE Abbate eiusdem loci, cum Appendice vsque ad annum MCCCXXXIV. *Ex Ms. Exemplari,* in quo etiam habetur Historia Selebiensis in Angliâ Monasterij, quod fundatum est in honore Sancti Germani Autissiodorensis ab anno MLXIX. vsque ad annum. MCLXXIV.

Quoties, & à quibus capta fuerit Ierusalem. *Ex codice Ms. sancti Victoris Parisiensis. DD. 7.*

Terræ sanctæ Recuperatio per F. Fidentium. *Ex codice Regio. 428.*

Reuelationum, siue Miraculorum Filcanensis Monasterij Tractatus, post Casarij Regulam in codice Ms.

De Miraculo Christi Domini Parisiis anno MCCXC. *Ex codice Puteano, & schedis ea amo exaratis.*

Historia Excidij Cisterciensis Cœnobij. *Ex codice Bibliothecæ Puteanorum fratrum,* in quo institutiones & regulæ Cisterciensium.

De Antiquitate & commutatione in melius Malleacensis insulæ, de Translatione corporis S. Rigomeri. Item de restoratione eiusdem insulæ Cœnobij facta an. 1225. *Ex codice Ms. qui fuit. V. C. Ioannis Bessyi.*

Historia Senonensis in Monte Vosago Cœnobij auctore Richero eiusdem loci Monacho: *Ex codice Ms.*

Narratio de Archidiacono Claromontensi, qui factus est Mo-

nachus sancti Martini Turonensis. *Ex mss. Exemplari.*

Qualiter, à quibus, & quo tempore sacer ordo Vallis scholarii sub Regula sancti Augustini sumpsit initium. *Ex codice Mss.*

AMERICI de Peiraco Decretorum Doctoris & Abbatis Moyfiacensis de gestis Caroli Magni ad Ioannem Ducem Bituricensis cum glossis. *Ex codice Regio 1343.*

EREMPERTI Historia de Langobardis Beneuentanis à tempore Algelsis; siue à capto per Carolum Magnum Franciæ Regem Deliderio, postremo Langobardorum Rege, anno DCCCLXXV. vsque ad annum Christi DCCCLXXX. *Ex mss. Exemplari. In codice 13. Naudeano,* habetur Collectio piarum donationum quas varij Langobardorum Reges, Duces Beneuentani, Imperatores & Summi Pontifices fecerunt Monasterio sanctæ Sophiae, infra & propè Ciuitatem Beneuentanam constituto, & ab Attriche Langobardorum Principe ædificato. Desinit in Priuilegio Rocherij Italiae Regis, & Rocherij Primi Comitis, &c. Præmittuntur quædam testimonia de auctoritate Indulorum & Priuilegiorum Apostolicorum, nec non Ducum Beneuentanorum series Chronologica ab Othone primo ad Robertum Bene-natū. Eminētissimus Cardinalis Baronius ex historia Eremperti edidit, Tomo ix. Annalium Ecclesiasticorum Epistolam Apologeticam Ludouici secundi Imperatoris ad Basilium Macedonem CP. Imp. missam anno 871. atque ex eo Duchesnius.

GERVASII Tilleberiensis Regni Arelatensis Marekalli ad Othonem iv. Imperatorem Otia Imperialia, siue vniuersi Orbis descriptio: *Ex codicibus mss. Regio 427. Thuanis 110. 282. Vitæ Papparum à Petro ad Ioannem xxii. & Romanorum Imp. quæ subiiciuntur in Regio codice à Iulio Casare ad Ludouicum Bauiarum, non sunt saltem omnes ab eodem Geruasio conscriptæ. Fragmentum Historiæ Episcoporum Eboracensium in Angliâ ab anno 627. ad annum 972. Ex mss. Epistolarum tuonis Carnotensis.*

Historia Anglorum vsque ad annum DCLXXXIX. *Ex codice Puteano. Est in codice Regio 52. Historia Anglorum HENRICI Archidiaconi Lincolnensis Episcopi, ab anno MCXLV. Et in codice 31. ii. Partis eiusdem Bibliothecæ Regiæ Chronicon de Regibus Angliæ ad Richardum II. Processus factus ad coronationem eiusdem Regis, modus tenendi Parlamentum Angliæ, modus faciendi duelum coram Rege Angliæ, & de Officio Marekalli in Angliâ, cum nonnullis alijs Gallicâ linguâ conscriptis, quæ ad institutum nostrum non attinent.*

Historia Britonum. *Ex codice Puteano, fertè aneg. Thuanis 438.*

De Dignitate Dolentis Ecclesiæ. *Ex veteribus membranis.*

Historia Comitum Flandriæ, vsque ad annum mccccxvii. *Ex codice Mss. Puteana Bibliotheca.*

Breuis Historia Comitum Andegauensium vsque ad Henricum II. Angliæ Regem, Ducem Normanniæ & Aquitaniæ, Comitem Andegaviæ, Pictaviæ, &c. *Ex codice mss. Bibliotheca S. Victoris. in Thuano 632.* præmittuntur Chronico Andegauensi nomina Comitum & Episcoporum Andegauensium, nec non Abbatum sancti Albini.

Gesta Consulium Andegauorum & Dominorum Ambasiensium: *Ex codice mss. collato cum Regijs 996. & 1080. Thuanis 498. & 782* Erant in *Petauiana* quoque Bibliothecâ Gesta Andegauorum Consulium auctore Monacho Maioris Monasterij ad Henricum Angliæ Regem. Extant quoque *in codice 1178. Partis II. Bibliotheca Regia.*

LAMBERTI Ecclesiæ Ardensis Presbyteri Collectanea super Ghisnensium Historiam ex Arnolde de Ghisnes ab anno dcccxcii. *Ex codice Thuano 240.*

Historia & statuta Montis Pessuli. *Ex codice Thuano 580.*

FR. HUMBERTI Montismoretani Bella Crauentorium, Brossimerianum, Vernolianum & Aurelianum: *Ex veteri editione.*

Obsidio Rhodiorum Insulæ, sub Illustrissimo Petro d'Aubusson Summo Domus Hospitalis Magistro. Item Guillelmi Caoursin Galli, Vicecancellarij, de casu Regis Zizimi, & M. Pauli Tractatus in fauorem Religionis S. Ioannis Hierosolymitani. *Ex codice Thuano 555.* Nonnulla quoque, eo spectantia animaduerti in *Petauiano indice numeris 574. & 650.*

ROBERTI Blondelli assertio Normanniæ, per Carolum VII. *Ex codice Regio 1814.* Erat olim in eadem Bibliotheca, oratio Historialis Petri Blondelli Normanni contra Anglos, in qua continentur omnia quæ Anglos inter & Francos gesta sunt vsque ad Normanniæ reductionem, sed modo non comparet.

Miranda de laudibus Franciæ ad Carolum VII. anno mcccc. *Ex codice Regio 1309.* in quo habetur & liber armorum per Bernardum de Rosergio Ecclesiæ Tolosanae Præpositum & de arte blasonandi, nec non de Ambasiatoribus & eorum iure.

De AMELHARDO Presbytero Leodiensi qui res gestas Caroli VII. libris quinque & vitam Ludouici XI libris septem complexus est, id vnum possumus polliceri, quòd si beneficio eorum, qui possident in manus nostras venerit, publici iuris cum alijs faciemus, nec patiemur diutius in tenebris ac puluere delitescere.

IACOBI Gohorij de rebus gestis Francorum ab excessu Ludouici XI. *Ex codice Regio 1360, & excellentia Regis Caroli VIII. per Petrum Lazaronum. Ex codice Regio 2142.*

Historia Ludouici XII. Francorum Regis Christianissimi Auctore IACOBO Gohorio. *Ex codice Thuano 160. Io. MICHAELIS Nagonij Cuius Romani panegyricum prognosticon ad Regem Ludouicum XII. Ex codice Regio 1365. Subministrabit quoque nobis eadem Bibliotheca Christianissimi Regis beneficio clarissimorum virorum Puteanorum Fratrum GUILIELMI Bellaj de rebus gestis Francisci libros quatuor priores ab eo Latine scriptos, cum CLAVDII Coterei Turonensis Chronico ab anno MDXXXIII. ad MDL.*

Homagia & iuramenta Communia & Treuga facta Domino Bituricensi Archiepiscopo Ioanni de Soliaco annis MCCLXI & MCCLXII in nouitate sua. *Ex Chartulario Archiepiscopali, pagina 212. & sequentibus.*

Chronica Saracenorum. *Ex codice Regio 1098. in quo lex Saracenorum, quam Alcoran vocant.*

Liber de vita moribus & actis omnium Principum mundi de Bibliotheca Romæ extractus, & per Concilium approbatus: necnon Historiæ Langobardorum, Vngarorum, & Tartarorum, cum appendice ad annum 1178. *Ex codice Regio 1181.*

Historia à Nino ad Iustinum: *Ex codice Regio 1431.*

Incerti de Dijs gentium, de scenâ & orchetra, ornamentis Imperatoris & militum, de clypeorum varijs generibus, de Patricii dignitate, de variis equorum generibus & coloribus. *Ex codice Regio 1834.*

BAPTISTAE Marchionis Palauicini Episcopi Reginensis Historia Crucis Domini ad Eugenium IV. *Ex codice Regio 2025.*

Chronica Roberti Giscardii & Fratrum ac Rogerij Comitum Miletii, incipit: Fuit in partibus Normanniæ haud longè à ciuitate Constantia miles quidam, nomine Tancredus &c. Desinit verò: post modum autè prædictus Carolus Dux Calabriae Neapolimrediens ibidem anno Domini 1300. die nona mensis Nouembris duodecimæ indictionis in Domino transmigravit. *Ex codice Naudæano 19.*

Historia Regni Siciliae ab anno MCCLXVI ad MCCLXXVIII. cum Sicilia Insula Chronica à Petro Rege Aragonum ad mortem Frederici II. *Ex codice Regio 2089.*

Relatio Fratris NICOLAI Episcopi Botrontini facta Clementi Papa v. de rebus gestis per Henricum v. Imperatorem in Italia ab anno 1310. ad 1313. *Ex codice Naudæano 15.*

Theodorij

THEODOSII Monachi & Grammatici ad Leonem Archidiaconum de excidio Syracusarum. *Ex codice Regio 2177.*

Chronicon Mediolanense. *Ex codice Regio 2136.*

Breuioloquium Peregrinationis Thomæ Basin Episcopi Lexouiensis. *Ex codice sancti Victoris.*

Ordo creationis Magni Rhodiorum Magistri Emerici Ambrosij. *Ex codice Regio 2298.*

Historia Concilij Basileensis scripta ab Augustino Patricio Canonico Senensi anno mccccclxxx. desumpta ex Archiuis Synodi. *Ex fasciculo 17. Bibliotheca Regis Christianissimi, quo continentur Conciliorum Constantiensis, Ferariensis & Florentini breues Historia, & Epistola quædam synodales, & orationes habitæ Basileæ in synodo.*

Concordantiæ Inquisitionum factarum aduersus Ordinem Templi ab Inquisitore Hæretica prauitatis primùm, tum à tribus Cardinalibus, & demum ab ipso Pontifice Clemente v. *Ex codice 25. Naudæano, quem ex charta & scriptura conijcere licet ipso met tempore Inquisitionis illius in Templarios scriptum fuisse.*

Acta Inquisitionis Carcassonensis contra Hæreticos, annis mcccvm. & sequenti. *Ex fasciculo 46. Bibl. Regia.*

PETRI Cyrnei Historia de rebus Corticis ad annum m dv. *Ex codice Regio 922.*

Hierosolymita, siue de oppressione, liberatione, restauratione Ecclesiæ Hierosolymitanæ. *Ex fasciculo 49. B. R.*

ALBERTI Catanæ Archidiaconi Cremonensis de Regibus Francorum, vsque ad Carolum viii. duo vidi hætenus exemplaria: Alterum *Puteanum* exquisitissimo caractere conscriptum, de cuius Epistola liminari ad Ludouicum xii. diximus nonnulla sub finem Tomi I. nostrorum Miscellaneorum pagina 712. & duabus sequentibus: Alterum *Petauianum* dicatum Annæ Britannicæ duorum Regum, Caroli ac Ludouici coniugi, quod præfixa operi specialis Epistola indicat. Nos vtrumque, si restanti videatur, conferemus, & Lectoribus integrum, quantum fieri poterit, exhibebimus.

ALBERICI Monachi Trium Fontium Ordinis Cisterciensis Chronicon, siue Historia digerendis nobilium Gallia ac Germania Familiarum genealogicis Tabulis per quàm utilis, vsque ad sancti Ludouici ix. Francorum Regis ætatem deducta. *Ex codice F. C. Ioannis du Bouchet.*

Neque verò abs re fuerit ex Petauiano indice nonnullos hic scriptores adiungere, qui lucem, quod sciam, nondum viderunt: Videbunt autem.

cum visum fuerit serenissima Suecorum Regina CHRISTINAE, cuius instructissimam Bibliothecam cum alijs quam plurimis ornanti quoque codices ex Gallia nostra stolKolmium deportati.

ANDREAE Arelatensis libri tres de origine & gestis Francorum n. 1138.

FVLCONIS Andegauorum Comitis Fragmentum Historiae Andegauenis II. 1521.

GAVRIDI de Collono Monasterij sancti Petri Viui apud Senonas n. 677. & 732.

GERALDI de Fracheto Ord. Præd. Chronicon Lemouicense.

GERARDI de Aruernia ab orbe condito vsque ad annum 1274. n. 1185.

HELINANDI Monachi Frigidi montis Historia, libris octodecim ab initio mundi, nu. 14. & 32.

HVGONIS de sancta Maria Floriacensis Historia Ecclesiastica seu Chronicon.

HVGONIS à sancto Victore Chronicon.

NICOLAI Ambianensis Chronicon n. 125.

RICHARDI Monachi Chronica temporum num. 256. & 259.

RICOBALDI Ferrariensis Chronicon totius orbis n. 1166.

Tractatus de constructione & perfectione Ecclesiæ & cœnobij sancti Richarij Ceutulensis n. 822. & quàm plurima alia.

Plura poterant addi: sed nos iam dudum ad se vocant vitæ sanctorum & Passiones seu Acta Martyrum, ex quam plurimis eiusdem generis quæ præsto ad manum sunt Bibliothecarum Parisiensium arcana scrutantibus, selecta, ea scilicet, quæ aut nondum vulgata sunt, aut mutila atque innumerabilibus deformatâ mendis proderunt.

ADALBERONIS Metensis Episcopi huius nominis secundi vita. Ex codice mss. V. C. Sebastiani Hardy in Parisiensi Præfectura Consiliarij Regij.

S. AGOARDI & S. AGLIBERTI Martyrum in vico Crestolio passorum acta. Ex codice mss.

S. AMBROSII Caturcensis Episcopi, in Diocesi Bituricensi defuncti vita. Ex vetustissimo Ecclesiæ Bituricensis Breuiario Mss. ad diem XVI. Octobris.

S. ANTONINI Apamiensis Martyris passio. Ex ms. exemplari.

S. ANTONINI Martyris vita edita à Paschali Papa, Ex codice Thüano 534.

S. APOLLINARIS Valentini Episcopi vita. Ex codice Petauiano, aliisque pluribus descripta.

S. ARIGII Vapincensis Episcopi vita. Ex codice mss. Prioratus

Silviniacensis apud Boios diœcesis Claromontana.

S. AVITI Viennensis Archiepiscopi vita. *Ex mss. exemplari.*

S. AVNARIi Autissiodorensis Episcopi vita. *Ex veteribus membranis quæ penes me sunt.*

S. AVSTREBERTAE Virginis vita altero tanto amplior ea quam edidit Surius. *Ex Bibliotheca P. C. Bigotij in suprema subsidiorum Rhomagensi Curia senatoris integerrimi, quæ plurimas sanctorum passiones ac vias suppeditare posset, si nobis propositum esset id scribendi argumentum pluribus persequi.*

S. AVSTREGISILI Bituricensis Archiepiscopi res gesta, ac miracula tribus libris comprehensa cum Elogio eiusdem tumulo marmoreo antiquitus insculpto. *Ex pluribus mss. codicibus probata nota ad diem XX. Maij.*

S. AVSTREMONII Aruernorum primi Præsulis, ad diem primam Nouembris. *Ex apographo, quod alias à P. C. Andrea Duchesnio ex pluribus codicibus mss. exscriptum est.*

B. BARONTI Monachi Historia vitæ & conuersationis scripta anno sexto Theodorici Regis Francorum. *In Peravianò indice num. 1197. in Puteano verò habetur, Visio vel actus B. Baronti Confessoris.*

S. BETHARIi Carnotensis Episcopi vita. *Ex codice mss. Abbatie Præatellensis.*

S. BRENDANI Abbatis vita. *Ex codice Puteano.*

S. BRVNONIS & Primorum IV. Cartusie Priorum Elogia, siue de institutionibus Ordinis Cartusienensis brevis narratio. *Ex mss. codice sancti Remigij Remensis.*

S. PETRI de Murrone, siue Cælestini Papæ V. vita duobus libris auctore Petro Alliacensi Cardinale, cuius stylum mutauit in editione Parisiensi anni 1539. Dionysius Faber Cælestinorum Prior: *Ex codice Naudeano 9. in quo etiam habetur vita eiusdem sanctissimi Viri, quam ipse propria manu scripsit, & in sua cellula reliquit, cui adduntur liber de ipsius Canonizatione à quodam eius deuoto compositus, lamentatio de eius morte, & opus profometricum, de quo in Coronide Poëtica.*

S. CAESARIi Arelatensis Archiepiscopi vita, auctore Cypriano, cum Auctario Messiani presbyteri pluribus in locis restituta, sublatis quoque ope veterum membranarum quam plurimis mendis, quibus scater editio D. Vincentij Baralij in Bibliothecâ Lirinensi.

S. CLEMENTIS Papæ & Martyris corporis Translatio. *Ex mss. exemplari.*

S. DESIDERII Cadurcensis Episcopi vita. *Ex apographo, quod ex*

Cadurcine ciuitatis monumentis descriptum communicauit P. C. Antonius de Ryon D. d'Herouual in suprema Rationalium Camera Auditor.

S. DIONYSII Parisiensis Episcopi & Sociorum eius acta contrariora iis, quæ vulgo habentur. *Ex codice Turonensi, & ex veteribus membranis, quas habemus.*

S. EUSICII Confessoris vita. *Ex veteribus membranis.*

S. EVSTADIOLAE, Siue Stadiolæ, Abbatissæ vita. *Ex codice mss. Ecclesiæ Medij Monasterij in vrbe Bituricensi, quod olim ipsa construxit, fundauitque.*

S. FELICIS, nec non Liberij, Romanorum Pontificum acta. *Ex mss. exemplari non adscripto eius, vnde descriptum fuit, codicis loco, aut possessori.*

S. FIRMATI patriâ Turonensis vita: obiit 8. Kal. Maij. *Ex mss. exemplari. Extabat & in codice Corbeiensis, ibique fit mētio Eonæ super Rhodanum, vt monuit P. Iacobus. Sirmondus in eruditissimis notis ad Auiti Viennensis Epistolæ, pagina 54. In eodem, ni fallor, codice visebantur, vita sancti Turibij Cenomanensis Episcopi qui obiit xvi. Kal. Maij, Auctore Caro filio Seueri, Passio sancti Irenæi Episcopi Sirmiensis 8. Idus Aprilis, vita sancti Siuinardi è pago Cenomanico qui decessit Kal. Martij anno 8. Theodorici Regis, vita sancti Bertutini à Barbaris occisi, qui à Normannia venit ad regionem adiacentem castello cui nomen est Vallis-Guidonis non procul à Meduana Fluuio, vbi nunc Ecclesiæ sancti Berturini nomine, vita sancti Carauni martyris apud Carnotenos occisi à sicarijs, Passio sancti Ernani Martyris apud Augustodunum tempore Nectarij Episcopi, vita sancti Florentij Presbyteri quatuor libellis vita sancti Maculsi Abbatis, translatio S. Liborij tempore Ludouici Pij, &c.*

SS. FLORIDI Tiphernatis seu Ciuitatis Castellæ Episcopi, & Amantij eiusdē ciuitatis Presbyteri ac Patroni, auctore Arnulpho Aretino Canonico ac Diacono ad Theobaldum Castellæ Episcopum circa annum 1080. *Ex codice Naudæano 27.*

S. FVRSEI Abbatis vita, auctore Arnulfo Latiniacensi Abbate. *Ex codicibus mss. Bibliothecæ Petauianæ & aliarum.*

S. GERMANI Autisiodorensis Episcopi Miracula duobus libris comprehensa auctore Herico Monacho cænobij sancti Germani ad eandem urbem, qui vitam eiusdem Sancti carmine complexus est sex libris, iam olim seorsim vulgatis. *Ex vetustissimo codice mss. Ecclesiæ B. Mariæ Laudunensis, & fragmento apographi descripti ex codice sancti Ioannis Reomaensis in Diœcesi Lingonensi: nec non ex veteribus membranis, quæ penes me sunt.*

sancta

S. GLODESINDIS Virginis vita, & translationes, Ioanne Abbate, ni fallor, Gorziensi auctore. *Ex mss. codice nostro, aliisque optima note.*

GVETINI, siue Gustini Monachi visio. *Ex codicibus mss. Puteana Bibliotheca cum Freulfo Lexouiensis & Gofrido Monumetensi compactis.*

S. GYNDULFI Episcopi Translatio & Miracula. *Ex codice mss. Ecclesie Collegiate B. Austregisili de Castro in suburbio Biturica Ciuitatis.*

B. HELENÆ Monasterij Ordinis de Cella veteri extra Paduam, quæ obiit anno ætatis suæ 24. Christi 1231. die quarta Nouembris cum reuelationibus ipsi à Deo factis. *Ex codice Naudæano 27.*

HILDEBERTI, primum Cenomanensis Episcopi, tum Archiepiscopi Turonensis, vita: *Ex libro mss. de Gestis Pontificum Cenomanensium.*

De Gestis & translatione B. Jacobi à Castro Plebis, ordinis Seruorum. *Ex codice Naudæano 27.*

S. IOANNIS Chrystostomi vita, Christophoro quodam interprete, à Leone clerico cognomento Ioanne innumeris verbis aucta, plurimisque in locis castigata, ac Lupo Presbytero, quondam Iuliano appellato, dicata. *Ex scripta ex membranis ante annos plus minus quingentos exaratis.* In codice 17. S. P. vir quidam eruditus annotauit reperiri vitam Ioannis Chrystostomi editam per Leonem seu Ioannem Clericum cum epistola dedicatoria ad quemdam Iulianum seu Lupum Presbyterum. At in pluteo Historiæ Ecclesiasticæ libros gestante obseruauit cum pluribus aliis, & hæc quatuor opuscula 1. Historiam Compendiosam ab Adamo ad Alexandrum Tertium, 2. Callisti 11. Papæ, antea Jacobi, opus de Miraculis sancti Jacobi Apostoli, & variis Historiis eò spectantibus, 3. de vita sanctæ Magdalenæ, Martha & Lazari, ac testimonia litterarum Summorum Pontificum de translatione corporis sanctæ Magdalenæ ex territorio Aquensi tempore Gerardi de Rosilione Comitis Burgundiæ in Monasterio Vezeliacensi per B. Badilonem, alias Ludilonem, 4. de Inuentione & reuelatione imaginis Crucifixi Ciuitatis Lucensis per Leboinum Diaconum edita, & de translatione facta ad ciuitatem Lucensem, anno Domini 742. In eadem Bibliotheca fuisse memorantur: Passio sancti Volustiani Martyris scripta à Gregorio Turonensi, translatio sancti Hieronymi ex Bethleem ad urbem cum carminibus in eius laudem & floribus ex operibus eiusdem decerptis, carmina de laudibus sancti Mauri, Epistola Cyrilli Presbyteri Montis Carmeli ad Abbatem Ioachimum de futurorum reuelationibus, Ioachimi Abbatis Florentis Concordia noui ac

veteris Testamenti, Theophili Antiocheni Homilia, Seuerianæ Episcopi tres homilię de Lazaro scilicet & in Euāg. Quis ex vobis arguet me de peccato. Et rogabat Iesum quidā Phariseus, &c. Epistola Ebbonis Archiepiscopi ad Alitgarium Episcopum cum responsione. Item Quadripartita editio Magistri Alani contra Hereticos, VValdenses, Iudæos & Paganos cum Epistola ad Principem Pessulanum; Dialogus Jacobi de Altonitis & Ioannis de Siglero, de sedando schismate Benedicti de Luna &c. quæ mihi tantum ex indice comperta sunt; si verò aliunde nancisci liceat, ea cum cæteris publici iuris faciemus ipsi, aut saltem alios ad ea vulganda intento in fontes digito hortabimur & adiuuabimus.

S. IOANNIS Gorzia Abbatis vita: *Ex apographo codicis mss. pluribus in locis carie exesi.*

S. IVNIANI Confessoris & Sacerdotis vita, auctore VVlfrino Episcopo ad Godolenū Abbatem. *Ex mss. Exemplari.*

S. LAVRIANI Hispalensis Episcopi Passio die quarta Iulij. *Ex codice mss. Ecclesie sancti Austregisili de Castro Bituricensi.*

De sanctis Lemouicenis Diœcesis tres narrationes, auctore Fr. Bernardo Guidone Ordinis Prædicatorum Episcopo Lodeuensi à nobis ante plures annos descriptæ *ex codice Petantana insignis Bibliothecæ 638.* in quo habebantur, quæ pronuper edidimus pagina 608. & sequentibus Tomi I. nostrorum Miscellaneorum: I. de Fundatione Ordinis Grandimontensis in eadem Diœcesi Lemouicensi. II. de Fundatione & progressu Monasterij sancti Augustini Lemouicensis. III. de Fundatione & Prioribus ordinis Artigie in eadem Prouincia.

S. LEOPARDINI Monachi & Martyris passio & miracula. *Ex codice mss. siluiniacensi:* Addeamus & contractiorem Historiam *ex veteribus membranis Abbatie s. Sulpitij Bituricensis,* ad quam spectat sancti Leopardini Prioratus ad ripam Elaueris.

S. LEVFREDI Abbatis vita. *Ex codice mss. Abbatie Pratensis.* Eandem vidisse me memini in libellulo anno MDXCVIII. cum aliquot chartis editam studio & opera Domini Jacobi du Breul Monachi sancti Germani de Pratis.

SS. Martyrum Marcelli & Anastasii acta contracta *ex ampliori narratione mss.* quam, si se det occasio, suo deinceps tempore integram representabimus.

S. MARIANI Eremitæ. *Ex vetustissimo Breuiario Diœceseos Bituricensis ad diem 19. Septembris.*

S. MAXIMI Reiensis in Prouincia Narbonensi Episcopi. *Ex codice mss. ex Regio 627.*

SS. Decem millium Martyrum Passio x. Kal. Iulii, Latine red-
dita ab Anastasio Bibliothecario. *Ex codice mss. ni fallor illo ipso,*
qui fuit in Bibliotheca P. C. Alexandri Petanij.

S. MAXIMINI Abbatis Miciacensis, auctore Bertoldo Mona-
cho: eiusdemque Miracula auctore Letaldo eiusdem loci Mona-
cho. *Ex codicibus Petanianis & Regijs 542. 627.*

S. MEDARDI Nouiomensis Episcopi vita per Radbodum No-
uoiensem. *Ex codice Thuano 593.*

S. MENVLFI Episcopi. *Ex veteri Breuiario Biturigum, ad diem 12. Iu-
lij, & citato iam saepius codice mss. s. Austregisili de Castro.*

Translatio corporis sanctae Monicae Matris sancti Augustini de
Ecclesia sanctae Aureae apud ostia Tiberina ad Ecclesiam Abbatiae
sancti Nicolai de Arroasia seu de Arida Gamantia dioecesis Atre-
batensis ordinis Canonorum sancti Augustini anno 1172. duo-
decimo Kalendas Maii. *Ex codice Naudaeano.*

S. NICONIS vita ex Graeco in Latinum sermonem conuersa à
R. P. Iacobo sirmondo Soc. Iesu. Si Graecum apographum nancisci li-
ceat, eandem reseruabimus antiquis nostris Lectionibus Graeco-
Latinis, vna cum vita sancti Pauli in Latro, ab eodem nobilissi-
mo scriptore Latine reddita, cuius Graecum exemplar reperimus.

S. PARDVLFII Abbatis Garactensis vita. *Ex veteribus membranis
quae penes nos sunt.*

S. PATERNIANI Episcopi & Patroni Fanensis qui sub Diocle-
tiano vixit. *Ex codice Naudaeano 27.*

S. PEREGRINI primi Autisiodorensium Episcopi passio. *Ex
codice mss.*

SS. PERPETVAE & Felicitatis Martyrum Acta tum ampliora, tum
contractiora. *Ex codicibus mss.*

S. REGINAE Martyris passio. *Ex mss. codice Flauiniacensi, cuius
apographum communicauit R. P. Ludouicus Iacob Ord. Carmelitarum.*

S. RICHMIRI Sacerdotis, qui tempore Theodorici Regis, &
Gilberti Episcopi, apud Cenomanos vixit. *Ex codice mss. Abbatiae
s. Melanii Rhedonensis.*

Liber tripertitus vitae B. Roberti Abbatis Casa Dei, cum ap-
pendice de eiusdem virtutibus ad Stephanum Abbatem. *Ex mss.
exemplari.*

S. SALVII Ambianensis Episcopi. *Ex mss. exemplari. In Bigotiano
codice cum aliis pluribus legitur vita sancti Saluii episcopi &
Confessoris.*

S. SILVANI Confessoris, Leprosensium in Dioecesi Bituricensi
patroni: *Ex antiquissimo Bituricensi Ecclesiae Breuiario.*

S. SORI Confessoris. *Ex codice Thuano 652.*

S. SVLPITII, cognomento Pii, Patriarchæ Bituricensis vita longè vberior atque elegantior eâ, quam ediderunt Tomo I. de Vitis Sanctorum D. Surius Cartusianus & R. P. Ioannes Bolâdus Auctore Ioanne Fernande Monacho Casalis-Benedicti in agro Bituricensi, cuius meminit Trithemius libro de Scriptoribus Ecclesiasticis.

S. THEODARDI Narbonensis Archiepiscopi. *Ex codice mss.*

S. THEODORI Sedunensis Episcopi per Ruodpertum. *Ex codice Thuano 275.*

S. TRVDONIS Presbyteri vita auctore Donato quodam, qui in Epistola ad Angilramnum Archiepiscopum vocat se exiguum vltimumque exulem. *Ex veteribus membranis Abbatie sancti Vincentij Metensis* in quibus etiam descriptæ habentur Passio S. Eulalia Virginis, & vita sancti Hilarii Pictaorum Episcopi.

S. VIGORIS Baiocensis Episcopi, & S. VRSI Confessoris, de quo Gregorius Turonensis, &c.

ACCEDUNT ex Græcis mss. codicibus conuersa in Latinam linguam à R. P. Iacobo Pontano Societatis Iesu, quæ sequuntur.

I. de sancto Martyre Quadrato Corinthio, & quibusdam alijs Martyribus vtriusque sexus.

II. Vita sancti Antonii Patriarchæ Constantinopolitani.

III. Vita & certamen sancti Maximi Confessoris.

IV. Ioannis Metropolitanæ Euchaitarum Encomium sanctissimorum Pontificum Basilij Magni, Gregorii Theologi & Ioannis Chrysofomi. Verùm de iis iam plus satis: ad secundam Partem accedamus.





NOVÆ
BIBLIOTHECÆ
MSS. LIBRORVM,
SIVE SPECIMINIS
ANTIQUARVM LECTIIONVM
LATINARVM

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV.
SECUNDA PARS.

Biblica & Theologica.



Notitia de Sacris scripturis & libris Apocryphis, seu Descriptio & Adnotatio Gelasij, Papæ. *Ad calcem Conciliorum in antiquo Remensi codice mss.* ynde plurimum lucis accedet ijs, quæ ex decreto eiusdem Gelasij Romani Pontificis edidit Gratianus, Distinctione xv. canone *sæta Romana Ecclesia, &c.*

Clavis sacra Scriptura, Mileto seu Melitone, Asiatico, ut volunt, Episcopo auctore. *Ex codice mss. collato cum Appendice ad Biblia verè aurea Theodulfi Aurelianensis Episcopi, quæ quantiuis pretij extant in Bibliotheca Memmiana ante octingentos, & quod excurrit, annos descripta elegantissimo caractere.*

S. GREGORII Magni Papæ de Concordia Testimoniorum libellus.

F

ex apographo codicis mss. Abbatia sancti Maximini ad muros Trevis-
renses.

S. PEREGRINI Episcopi proœmium in propugnaculum Fidei ad-
uersus hæreses ex Scripturis constructum, & in canones xc. diui-
sum: ex mss. exemplari.

S. AVGVSTINI Hipponensis Episcopi Speculum ex sacris Scrip-
turis alio longè ordine, modòque digestum, quàm quod vulgo
apparet. Ex appendice ad eadem Biblia Theodulfi, quæ seruantur in Bi-
bliotheca Memmiana.

Breuioloquium pauperum in Scriptura in septem partes diui-
sum. Ex codice mss.

Liber distinctionum in Scripturam. Ex codice Puteano.

EVSTATHII Antiocheni Episcopi Homilia in Hexaemeron, Ge-
nesin, &c. Latinè reddita à R. P. Ioanne Mariana è Societate Iesu.

Catena Patrum in Exodum optimæ notæ. Ex codice 606. II. Paris.
Bibl. Regia.

Moralis expositio super Exodum Stephani Langton, siue de
Languetone, qui Cantuariæ viuebat anno 1228. fuitque S. R. E.
Cardinalis &c. ex Doctore Theologo & Cancellario Academia
Parisiensis. Ex codice Naudeano 6. Eiusdem plurima in sacram Scri-
pturam Commentaria recenset Gesnerus.

ADREBALDI Monachi, vt creditur, Floriacensis, libellus de
Benedictionibus Patriarcharum filiorum Iacob. Ex codice mss.
E. E. 14. Bibliotheca sancti Victoris Parisiensis ἀναφάλας καὶ μετέφω τὰς
ῥόγας Auctoris nomine, quæ nos aliunde suppleuimus.

ROBERTI Episcopi Lingonensis super Leuiticum. Ex codice Re-
gio 153. Glossas in Leuiticum habes cod. 862.

ADALBERTI Diaconi speculum ex Moralibus sancti Gregorii in
Iob distributum in quatuor libros ad Harmanum Presbyterum.
Ex codice mss. Scio latere alicubi librum hoc titulo: Gregorialis,
B. Gregorii Papæ continens testimonia Noui & Veteris Testa-
menti ex opusculis sancti Gregorii Papæ extracta & in vnum
collecta per Aulfum Cœnobij S. Martini Tornacensis Mona-
chum anno Domini 1192. sub Odone primo eius loci Abbate dein-
de Episcopo Cameracensi, cuius iudicium auctor opus illud ex B. Gre-
gorio compilauit.

EVSEBII Commentarij in Isaiam. Ex codice Thuano 188.

HERVEI Dolensis Monachi Expositionis in Isaiam Prophetam
libri octo, ad Ioannem Dolensium Abbatem. Ex codice mss.

Magistri Andreæ expositio super Isaiam. Ex codice Thuano
275.

PASCHASTII & Gilberti in Lamentationes Ieremiae. *Ex codice Regio 1106.*

M. ANSELLI Archidiaconi Glossulæ super Psalterium. *Ex codice mss.*

Expositio Psalmorum collecta ex Patribus à Fr. Petro, Priore Ecclesiæ Florentiensis. *Ex codice Regio 1278.*

Commentaria Incerti in Psalmos. *Ex codice mss. & ex Regijs 953, 1321, 2179, aliisque.*

RUFINI Aquileiensis Presbyteri in psalmos LXXVI. Commentarij, extant nonnihil diuersi ab editis in *indice Bibliothecæ S. Germani Parisiensis num. 73.* Si quid publica luce dignum sit illud describemus.

Prefatio in Explanationem Cantici Canticorum, siue Epistola Iusti Episcopi ad Sergium Papam & Iustum Diaconem. *Ex apographo codicis mss. Heriuallensis.*

IOANNIS de Abbatifuiilla Decani Ambianensis, & postea Sabiniensis Episcopi, in Cantica Canticorum, *ex codice mss. 63. Abbatia S. Germani Parisiensis.*

Incerti in Cantica Canticorum, *Ex codice Thuano 266. & ex Regio 2267.*

GUIDONIS Elnensis in Euangelia. *Ex codice Thuano 188. & Incerti Annotationes, ex Regio 1164.*

SEDLII Collectaneum in Euangelium S. Matthæi ex varijs Patribus excerptum, & in capita seu sectiones cccv. diuisum. *Ex codice mss. optima nota.* Vidimus quoque eiusdem, seu potius antiquioris alterius Sedulij exemplar operis Paschalis quatuordecim prioribus capitibus initio mutilum, in cuius fine hæc erant adscripta: Hoc opus Sedulius inter Cartulas dispersum reliquit, quod reollectum, adunatum, atque ad omnem elegantiam diuulgatum est à Tertio Rufio Asterio, Exconsule ordinario, atque Patricio, quod & subsequentes indicant eiusdem Asterij versus.

sume Sacermeritis veracis dicta Poëta,

Quæ sine figmenti condita sunt vitio.

Quo calet alma fides, quo sancti gratia Christi,

Per quam iustus ait talia Sedulius.

Asterique tui semper meminisse iubeto,

Cuius ope, & curâ edita sunt populis.

Quæ quamuis summi celebrent per secula fastus:

Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

Hæc verò placuit adscribere, quod diligentissimi Francisci Ju-

reti solertiam fugerint: sequuntur in eodem codice laus domnæ Eunomiæ Sacræ Virginis, conflictus veris & Hyemis, Commediæ Instructiones, & alia complura, quæ suis locis representabimus.

CLAVDII Taurinensis Episcopi explanationum in Matthæum libri tres, anno dcccxv. conscripti ad Iustum Abbatem, quem etiam appellatione Græcanica Eusebium vocitat. *Ex codice mss.* Habemus quoque præ manibus Tractatus super Leuiticum ab eodem Claudio Taurinensi Episcopo scripti anno dcccxxiii. ad Theodemirum Abbatem, Præfationem & Epilogum, quæ duo, si libros ipsos quatuor integros nancisci non licuerit, Viris Doctis non inuidebimus.

ANSELMI de Monte Leonis Glossæ in Matthæum. *Ex codice Regio 246.*

ROBERTI Monachi Lirensis in Euangelium sancti Ioannis. *Ex codice Regio 2201.*

ERCANBERTI Annotationes in Euangelium sancti Ioannis. *Ex codice mss.*

Incerti commentarius in Epistolas sancti Pauli. *Ex codice Regio 978.*

MARI VICTORINI antiquissimi Rhetoris Christiani commentarij in Epistolas sancti Pauli Apostoli ad Galatas & ad Philipenses. *Ex mss. exemplari.*

Eiusdem Auctoris contra Iustum Manichæum.

Eiusdem aduersus Candidum Arianum cum ipsius Candidi libello de generatione Diuina. *Ex codice 774 Bibliotheca Regiæ.*

CLAVDII Episcopi Taurinensis in Epistolam ad Romanos & in duas ad Corinthios. *Ex codice 248 Regio.*

CLEMENTIS Alexandrini, vt fertur titulus, Adumbrationes in Epistolas aliquot Canonicas, omittis Epistola Beati Iacobi & B. Ioannis tertia *Ex codice mss. qui fuit olim s. Mariæ Montis Dei*, in quo V. Bedæ, & Dydimi carne cæci, vt quidem habetur in titulo, expositiones super easdem Epistolas Canonicas. Hos vtriusque Auctoris commentarios cum editis conferemus.

Incerti commentarius in Epistolas S. Pauli ad Romanos, ad Corinthios, & I. ad Thessalonicenses. *Ex codice Regio 432.*

GISLEBERTI Pictauiensis Glossulæ in Epistolas sancti Pauli Apostoli. *Ex codice Thuano 275. Aliæ Glossæ in easdem Epistolas ex codicibus Regiis, 1571. 1579. &c.*

AMBROSII ANSBERTI Epistola præfixa commentario in Apocalypsin, quæ desideratur in exculis. *Ex codice 95. mss. Bibliotheca sancti*

sancti Germani de Pratis.

Interpretatio in Apocalypsim *Ex 2. fasciculo Bibliothecæ Regiæ.*

Scio & Aprigium Pacis Iuliæ in Hispania Episcopum scripsisse commentarium in Apocalypsim, nondum editum: de quo Isidorus Hispalensis in libro de Scriptoribus mentionem facit. Incipit: Biformem Diuinæ legis historiam duplici Sacramenti mysterio differendam non est nostræ humanitatis vel fragilitatis aliter posse enarrare, nisi sub Christo auctore, &c.

BERENGAUDI Viri Ecclesiasticis literis optime eruditi in librum Apocalypseos. *Ex codice Regio 864. & altero R. P. Hieronymi Vignier in quo eiusdem, vt creditur, extant commentarii in Epistolas Canonicas.*

Hactenus scriptura sacra ductum sequuti, ordinem vtrumque aliquem, regulamque seruauimus, nunc Tractatus Theologicos, opuscula aduersus Hæreticos polemica, Definitiones Fidei, Homilias, Sermones, atque ad pietatem Adhortationes, Formulas, cæteraque ad ritus Ecclesiasticos spectantia, Regulas Canonicorum, Monachorumque, ac nonnullas synodos, Gallicanis intactis, prosequemur.

Quæstiones Magistri Odonis Sueffionensis, postea Abbatis Vricampi, tandem Episcopi Tusculanensis, qui vixit tempore Papæ Eugenij III. *Ex codice 8. V. C. Gabrielis Naudæi.*

M. PETRI Pictauini Parisiensis Academiæ Cancellarij glossæ super Sententias M. Petri Lombardi Præceptoris sui. *Ex codice Victorino D. 1.* In quo eiusdem distinctiones in Psalterium. Illi fermè suppar extitit F. Petrus Pictauiensis Abbatia S. Victoris Canonicus, cuius pœnitentialis liber mss. seruetur in eadem instructissima Bibliothecâ, vnâ cum altero pœnitentiali M. Petri de Flamesburgo eiusdem Cœnobij Canonici.

M. PRÆPOSITIVI Cancellarij Parisiensis summa. *Ex codice mss. nostræ Bibliothecæ,* quem cum Victorino conferemus, in quo habentur Magistri Martini quæstiones Theologicae in quatuor libros distinctæ.

M. IOANNIS Nouiomensis summa. *Ex eodem mss. codice nostro.*

PETRI Cantoris Parisiensis, qui sub Philippo Augusto vixit, summa de Sacramentis & animæ Consiliis. *x codice mss. sancti Victoris GG. 13.*

Quæstiones variæ Simonis de Tornaco, qui viuebat circa annum Christi MCCXVI. *Ex duobus mss. codicibus.* Eiusdem expositio Symboli, quod sancto Athanasio tribuitur, habetur in vno ex duobus illis codicibus.

De Sacramentis liber incerti. *Ex codice Thuano 637.*

M. ROBERTI Pulli S. R. E. Cardinalis & Cancellarij sub Licio Papa II. sententia in 8. partes distributa. *Ex codice mss. s. Germani ad Urbem.*

GUILLELMI Abbatis Albæ Ripæ de Sacramentis Minorum, *Ex codice Thuano 787.*

Thomæ Cracouiensis dialogus de ratione sumendi corpus Christi. *Ex codice Thuano 773.*

Incerti Auctoris libellus de Eucharistiâ. *Ex mss. Exemplari. De origine mortis humanæ, de animabus defunctorum, de vltima corporum resurrectione cum sermone Magistri Renardi. Ex codice Regio 1653.*

S. NICETÆ Dacorum Episcopi, de quo sæpe S. Paulinus Nolanus Episcopus & Martyrologium Romanum ad diem VII. Ianuarij, Tractatus duo: Primus de Vigiliis feruorum Dei: Alter de Bono Psalmodiæ. *Ex codd. Vaticanis & Bibliotheca sancti Maximi Treuirensis.*

MAGNI, seu Magnonis, Senonensis Archiepiscopi liber siue Tractatus de Baptismo. *Ex mss. exemplari.*

ESSE Ambianensis Episcopi de Ordine Baptismi. *Extabat olim in codice V. C. Francisci Pithoei cum Theodulfi libello eiusdem argumenti edito à Domino Hugone Menardo in notis ad Sacramentarium S. Gregorii, & à R. P. Iacobo Sirmondo inter opera Theodulfi.*

IONAE Aurelianensis Episcopi Tractatus ad Pipinum Aquitaniæ Regem septemdecim capitulis constans. *Ex mss. exemplari.*

ÆNEAE Parisiensis Episcopi aduersus Græcos. *Ex mss. 444. Bibliotheca Thuana.*

RATRAMNI Monachi Corbeiensis aduersus eosdem Græcos libri quatuor. *Ex codice mss. 711. eiusdem Bibliotheca Thuana: In Petauiano indice occurrit numeris 1287. & 1362.*

AUXILII Tractatus de Translatione Episcoporum, & ordinationibus à Formoso Papâ factis. *Ex mss. exemplari.*

Eiusdem Auxilii de eodem argumento Dialogus ad Leonem Nolanæ sedis Episcopum. *Ex eodem codice.*

GISLEBERTI Abbatis VVestmonasteriensis disputatio Iudei cum Christiano ad S. Anselmum Cantuariensem Archiepiscopum. *Ex veteribus membranis.*

PETRI Alfonsi Viri illustris ex Iudeo Catholici Christiani Dialogus in duodecim titulos seu Partes distributus. *Ex codice mss. In prologo ait se, cum antea Moyses vocaretur, baptizatum fuisse in sede Oscensis ciuitatis à Stephano Episcopo anno Chri-*

fti 1106. *Æra Hispanica* 1144. mense Julio, die natali Apostolorum Petri & Pauli, susceptumque è sacro fonte ab Alfonso Imperatore Hispanico, quem suum Patrem spirituales appellat.

Collatio Orthodoxi cum contradicentibus. *Ex mss. exemplari.*

Collecta quedam à Floro Magistro ex SS. Patribus. *Ex mss. exemplari.*

Tres Fidei expositiones breuissima. *Ex codice Aniciensi post Damasi Epistolam ad Paulinum Antiochenum & ante Epistolam Sardicensis synodi ad Iulium Papam.*

Definitio Fidei, symbolique Nicæni Concilij: item interrogationes de oratione Dominicâ, & symbolo, cum breui expositione super orationem Dominicam. *Ex veteri codice Fiscanensi.*

S. QUINTINIANI seu Quintiani, Afculani Episcopi ad Petrum Antiochenum Anathematis non nihil diuersi ab editis, cum tribus fragmentis de Mysterio Incarnationis ex epistolâ, seu tractatu ANASTASII Papæ Romani ad Vigilium. *Ex codice Ms. s. Victoris Parisiensis DD. 10. paginis 159. & 163.*

Incerti de Cardinalibus Christi operibus ad Hadrianum Papam, cum eiusdem expositione symboli & orationis Dominicæ. *Ex codice Regio 1671. In sequenti 1672. habetur liber incerti de Arcâ Noë.*

GVILLELMI, Abbatis S. Theodorici, de corpore & sanguine Domini.

Eiusdem speculum Fidei.

Eiusdem Ænigma Fidei.

Eiusdem de contemplando Deo.

Eiusdem Meditatiuæ orationes.

Eiusdem aduersus errores Gisleberti Porretani.

Eiusdem contra Petrum Abailardum libri tres initio truncati. *In calce codicis membranacei, quo usus sum, habetur. Vnus quaternus deest in principio, requiratur apud Moriniacenses Monachos iuxta Stampas.*

FR. MONETI Ord. Præd. contra Pauperes de Lugduno. *Ex cod. Petauiano. In Naudeano inscribitur summa contra Catharos & Valdenses compilata à Fratre Moneta O. P. ad Fidei Catholicæ corroborationem & extirpationem Hæreticæ prauitatis, &c.*

Doctrina Osiij Episcopi de obseruatione doctrinæ Dominicæ. *Ex veteribus schedis.*

ALVINI Presbyteri liber de virtutibus & vitiis. *Ex codice mss. cuius Prologus sic incipit. Albinus Presbyter indignus non in facto portans nomen Eremitæ, sed tantummodò solo nomine, Arncl-*

do Parisiensi Canonico & suo fidelissimo amico optat gloriam & pacem sempiternam. Dulcissime pater, &c.

FRANCISCI Saonensis Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula qui ad summum euectus Romani Pontificatus apicem dictus est Sixtus IV. Tractatus de potentia Dei scriptus Kal. Oct. anni 1470. *Ex codice Naudeano.*

IACOBONI de Tuderto tractatus, qualiter anima potest pervenire citò ad cognitionem veritatis. *Ex codice Regio 880.*

HILDEBERTI, Cenomanensis primùm Episcopi, tum Archiepiscopi Turonensis, Philosophia de interiori & exteriori homine. *Ex codice Thuano 311. cum alio collato.*

DROGONIS Episcopi Ostiensis Soliloquia de sacramento Dominicæ Passionis. *Ex codice Regio 1106. Seorsim, ni fallor, edita.*

ALANI Tractatus de Fide. *Ex codice Thuano 266. Eiusdem aut alterius Alani opusculum de arte prædicandi extat in Bibliotheca S. Germani Parisiensis codice mss. 322.*

IOANNIS Prioris S. Ioannis in Vincis prope Sueffionas liber de Claustro animæ. *Ex codice mss. Petaviano. In codice Regio 1830. extat Mag. Hugonis de Foileto liber eodem titulo, tum de ordine Claustri materialis, liber XII. Abusuum Claustri, & denotatio XV. graduum.*

VVALTERII Prioris S. Victoris opuscula. *Ex codice Petaviano.*

FR. BARTHOLOMAEI Vrbinatis de re bellica spiritali. *Ex codice mss. Regio 428.*

HUGONIS de Miro mari liber de miseria hominis. *Ex codice Thuano. 73.*

Thomæ de Cantiprato libri duo inscripti: Bonum vniuersale siue de Apibus mysticis: *Codicem Thuanum 62. cum editis comparabimus.*

Secretum Secretorum Philippi. *Ex codice Thuano 733. & 536. II. Partis Bibl. Regia.*

Liber Dominus dicit: *Ex codice Thuano 434.*

Sermones Didactici & Ascetici. *Ex codice Regio 544.*

VEN. BEDÆ Homiliæ aliquot nondum editæ. *Ex codice Thuano 572.*

ROBERTI Pulli Cardinalis sermones de communi Sanctorum. *Ex codice Tuteano.*

Sermo de forma & vtilitate Ieiunij. *Ex codice Regio 182. pagina 169. in quo habentur S. Augustini sermones collecti à Roberto de Bardis Cancellario Parisiensi.*

Tractatus de Oratione. *Ex eodem codice Regio p. 210.*

Prælocutio

Praelocutio in Parochijs *Ex codice mss. sancti Maximini prope Treuiros.*

Sermones IOANNIS Papa, vt creditur xxii. habiti in Festis B. Mariae, & per Raymondum Procuratorem ordinis Minorum sua Sanctitatis seruum reportati. *Ex codice Naudeano 4.*

ANONYMI Sermones de aduentu & natali Domini, de S. Stephano, de Purificatione B. Mariae, & aliis argumentis numero circiter 33. Inter ceteros eminet sermo in absolutione ad poenitentes. *Ex codice Bigoniana Bibliotheca, in quo etiam habetur expositio super Canonem Missae secundum Alarium forte Amalarium.*

Sermo Episcopi ad Episcopos. *Ex mss. exemplari.*

REMIGII & Seueriani seu Seuerini sermones, & incerti in Euangelium, Cum introisset Iesus in Capharnaum. *Ex codice Regio 199. In codice 514. Remigij Monachi Homilia in Euangelia.*

Sermo in Festo sancti Victoris Martyris. *Ex veteribus membranis*

Sermo in Natiuitate sancte Marię. *Ex codice Puteano.* Est etiam alter prolixus de eodem argumento in *codice 351. Abbatia sancti Germani de Pratis.*

Sermo IOANNIS Vitalis Ord. Minorum de Conceptione B. Virginis anno 1386 *Ex codice Thuano 264.*

Magistri Hilduini septem sermones. *Ex codice mss.*

PETRI Ostiensis Homilia in quatuor Euangelia per annum. *Ex codice Regio 895.*

Homilia Magistri Prapostriui. *Ex codice Puteano.*

IOANNIS de Abbatifvilla Cardinalis S. Sabinae summa Homiliarum: *Ex codice 491. sancti Germani de Pratis, In Regio codice 1899.* habetur eiusdem Auctoris Tractatus in Epistolas & Euangelia Dominicarum totius anni post sermonem de solemnitate omnium Sanctorum & quaestiones de vii. Sacramentis. *In sequenti codice 1900.* Sunt Sermones de Dominicis & Festis Sanctorum aliisque argumentis cum epistola de rotulo Roberti Abbatis, &c.

TRETERII Diaconi Homilia. *Ex codice Thuano 27.*

Incertorum Homiliae & sermones. *Ex codicibus Thuanis 416. & 442. & Regijs multis.*

Pro Ecclesiastica libertate, siue de immunitate Clericorum à quibusdam impositionibus, octo Orationes recitata à Bernardo de Rosergio Ecclesia Tolosanae Praposito, coram Carolo vii. & Delfino. *Ex codice Regio 1309.*

De Ordinationibus Episcoporum. *Ex codice mss. in quo Cano-*

nes Isaaci Episcopi Lingonensis.

Ordo scrutiniij qualiter fieri debeat. *Ex mss. exemplari.*

Officium Episcopi. *Ex codice Bibliothecæ sancti Victoris GG. num. 14.*

Formula duodecim exhibitæ ab ordinandis Episcopis, subiectionis, reuerentiæ atque obedientiæ suo Metropolitanæ. *Ex codice Arelatensi mss.*

Litania vetustissimæ ad calcem Arelatensis libri mss. argenteis eburneisque laminis texti. Sunt etiam quædam Litanie in codice mss. Pontificali Bellouacensis Ecclesiæ, in quibus mentio fit Ioannis Papæ, Rogerij Episcopi, Roberti Regis & Reginæ Constantiæ.

Manu missio serui, vt ad ordines promoueatur: & literæ dimissoria, vt Episcopus ordinet Clericum. *Ex veteribus schedis.*

Formula excommunicationis solennis. *Ex veteri codice.*

De absolutione Philippi I. Francorum Regis ob incestum cum Bertrada coniugium data Parisiis Paschalis Papæ nomine iv. Nonas Decembres anno Christi m c v. Epistola duæ: Prima ipsius Philippi Regis ad Lambertum Episcopum, cui Papa vices suas ad absoluendum delegarat; Altera Lamberti Atrebatensis Episcopi ad Paschalem Papam de absolutione Regi concessa. *Ex codice mss. Igniacensis Cænobij O. C. in Remensi Campania. Ac ne res omnium Eruditorum votis iam pridem expetita, discutiendisque Historiæ nostræ tenebris aptissima, immò & pernecessaria, diutius differatur, Ecce tibi, Amice Lector, vtramque in antecessum Epistolam.*

Epistola PHILIPPI Regis.

PHILIPPVS Dei gratia Francorum Rex LAMBERTO Atrebatensium Episcopo fideli & amico nostro Salutem & gratiam nostram. Quia Dominus Papa per TETBALDVM OVIDIVM missum nostrum Archiepiscopis & Episcopis nostris, & tibi ipsi litteras modò nouiter misit, de absolutione nostrâ, vt nos absoluerent, sicut tu ipse videbis in litteris Papæ; tibi que inter illos eiusdem absolutionis ex nomine vicem commisit, mandamus tibi, & precamur, quatenus in crastino festiuitatis S. ANDREAE ad hoc negotium præcipue tibi commissum ad sis cum Archiepiscopis & Episcopis nostris, qui ibi aderunt, tum ex præcepto Papæ, tum ex fide, quam mihi debes, commonitus, posthabita omni occasione. Vale.

Epistola LAMBERTI Episcopi.

REVERENTISSIMO Domino & Patri Patrum PASCHALI Papæ LAMBERTVS Dei miseratione Atrebatensis Episcopus debitam cum orationibus subiectionem. Conuenientes Parisijs ex vestra auctoritate Archiepiscopi, Dominus DAIMBERTVS Senonensis, RODVLVS Turonensis, Episcopi quoque Ivo Carnotensis, IOANNES Aurelianensis, HUMBALDVS Autissiodorensis, GVALO Parisiensis, MANASSES Meldensis, BALDRICVS Nouiomensis, HVBERTVS Siluanectensis, fecerunt recitare litteras à vestra sede, pro satisfatione & absolutione Regis missas. Litteris itaque lectis & intellectis, miserunt ad Regem IOANNEM Aurelianensem & GVALONEM Parisiensem Episcopos sciscitantes, si Rex iuxta tenorem litterarum vestrarum satisfaceret, & carnalis & illicitæ copulæ peccatum abiurare decreuisset. Quibus benignè respondens ait se, DEO & SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE libenter velle satisfacere, & Apostolicæ sedis præcepto, Archiepiscoporum quoque & Episcoporum præsentium acquiescere consilio: Igitur in præsentia prædictorum Episcoporum, necnon & Abbatum, ADAM Parisiensis de titulo sancti Dionysij, RAINALDI de titulo S. Germani Parisiensis, VL. Parisiensis de titulo S. Maglorij, item R. Stampensis de titulo sanctæ Trinitatis, Archidiaconorum etiam quàm plurimorum, & honorabilium Clericorum & Laicorum circumstantium aduenit Rex satis deuotè, multumque humiliter, nudis pedibus, peccato renuntians, & excommunicationem emendans, & sic ex vestra auctoritate absolutionem suscipere meruit. His ita gestis, tactis Sacrosanctis Euangelijs, abiurauit copulam & flagitium illicitæ coniunctionis, in hæc verba: Audias tu LAMBERTE Episcopo Atrebatensis, qui hic Apostolica vice fungeris: audiant Archiepiscopi & præsentis Episcopi, quòd ego PHILIPPVS Rex Francorum peccatum & consuetudinem carnalis & illi-

cita copulæ, quam hætenus cum BERTRADA exercui, ulterius non exercebo: sed peccatum istud & flagitium penitus & sine omni retractatione abiuro. Cum eadem quoque fœmina mutuum colloquium & contubernium, nisi sub testimonio personarum minimè suspectarum non habebō. Hæc omnia sicut litteræ Papæ dicunt, & vos intelligitis, sine omni malo ingenio observabo. Sic me Deus adiuvet, & hæc SACROSANCTA IESU-CHRISTI EUANGELIA. Similiter & BERTRADA, cum excommunicationis vinculo solueretur; tactis SACROSANCTIS EUANGELIJS, in persona sua hoc idem iuravit sacramentum. SANCTA TRINITAS DEUS noster Sanctitatem vestram pro Ecclesia Catholica laborantem & orantem diutiùs custodiat incolumem, & quia cum Sancta Romana Ecclesia in iudicio & iustitia nobiscum stetitis, retribuatur vobis in resurrectione iustorum. Actum Parisius anno Dei Christi MCV. IV. Nonas Decembres, anno Pontificatus Paschalis Papæ II. Quinto.

Explicit Epistola Lamberti Episcopi.

Supplementum libri Sacramentorum Diui Gregorij Papæ, huius nominis primi, cognomento Magni, quem R. P. Hugo Menardus Monachus Benedictinus Congregationis sancti Mauri correctiorem & locupletiore[m] edidit ex missali mss. sancti Eligii Bibliothecæ Corbeiensis, notisque & observationibus illustravit. Nos verò plurima adiungemus ex antiquo codice mss. qui sic inscribitur: In nomine Dei summi Incipit liber Sacramentorum Romana Ecclesia ordinis per circulum anni. In vigilia Natalis Domini; Hora Nonæ statio ad Sanctam Mariam ad Præseppe. Deus qui nos &c. Videtur autem liber ille descriptus in Gallia ac fortè in hac ipsa Parisiensi ciuitate ob insertas aliis sanctæ Genoueuæ Virginis sanctique Clodoaldi Confessoris missas & S. Dionysij Martyris nomen in Litanijs Sabbato sancto recitari solitis adscriptum: sed ante tempora Gregorij IV. Papæ ac Ludouici Imperatoris, quod ex Kalendis Nouembribus apparet, in quibus nulla Festi sanctæ Mariæ & omnium Sanctorum, at Natalis duntaxat sancti Cesarii habetur mentio. Ex ijs verò venerandæ Antiquitatis monumentis quàm plurima ad ceremonias ritusque Ecclesiasticos spectantia oriuntur ab eruditis curiosisque priscorum

corum

corum illorum temporum scrutatoribus.

In eodem mss. codice sub finem habetur Martyrologium per circulum anni ducto initio à Natali Domini, quod & breuitate suâ & antiquitate commendandum videtur. Quia verò hîc incidit Martyrologiorum, Calendariorum, Obituariorum, Mortologiorum, Necrologiorumque, vt vocant, mentio, Lectorem eruditum moneo posse me hac in parte plurimum ipsi gratificari, siue in exceptis Martyrologiorum Antiquorum, ijs præcipuè, quæ ad Sanctos Gallia pertinent, publicandis, siue in describendis Ecclesiarum, tum Cathedralium, tum Collegiatarum, atque Abbatiarum nonnullis Necrologiis. Certè ad manum sunt.

Ambianense Ecclesiæ B. Mariæ Virginis.

S. Andrea apud Clarummontem in Aruerniâ.

Augense Canoniorum S. Augustini Diœcesis Rotomagensis.

Corbeiensis Abbatia Ord. sancti Benedicti in Diœcesi Ambianensi.

S. Dionysij in agro Parisiensi Ord. S. Benedicti.

S. Genouefa Parisiensis Ordinis S. Augustini.

S. Germani de Pratis Parisiensis Ord. S. Benedicti.

S. Gorgonij Gorziensis in Episcopatu Metensi O. B.

S. Laurentij Monialium in vrbe Bituricensi, quod à nobis ante octo annos vulgatum est.

Lemouicensis Ecclesiæ S. Stephani.

Lingonensis Ecclesiæ S. Mamantis.

S. Mariæ Virginis in Vrbe Carnotensi.

S. Mariæ in Ciuitate Parisiaca.

S. Mariæ Maffiliensis Mortologium.

S. Martini ad Gemellos in vrbe Ambianensi.

S. Martini Niuernensis Ord. S. Augustini.

S. Martini, Turonensis, Maioris Monasterii, &c.

S. Michaëlis de Tumba, siue in periculo maris O. B. in inferiore Normannia.

S. Michaëlis de Vltiore portu prope Augum in Diœcesi Rotomagensi, qua vergit ad Picardos.

S. Quintini Canoniorum in Veromanduis.

S. Stephani Autissidorensis, quod in Indice quoque Thuanò occurrit.

Viennense, quantum ex Sanctis adscriptis conici potest.

S. Vincentii Metensis O. B.

S. Vironi Virdunensis, Ordinis ibidem Benedictini.

Neque plura de iis præmittam hoc loco, Expendendum verò

per otium, & prudentium virorum iudicio submittendum, num fatius fuerit vnum ex omnibus, quæ occurrent, conflare Calendarium Historico-Francicum, an singula seorsim exhibere, quamuis tædium Lectoribus nonnumquam creare possint, tum cæbra similium rerum iteratio, tum multorum inutilium admixtio.

Verus liber Pœnitentialis. *Ex codice cœnobij s. Laudi Rotomagensis Canonorum Regularium sancti Augustini.*

Nouum Formularium Pœnitentiarum correctum de mandato Benedicti Papæ XII. *Ex codice Regio 1092.*

De Pace Ecclesiæ Morinensis. *Ex codice Ebroicensi.*

De Missarum solemnium diuersitate. *Ex mss. Pontificali Ecclesiæ Trecentis.*

De numero Psalmorum & Lectionum in officio Ecclesiastico. *Ex codice Floriacensi.*

Preces nondum editæ. *Ex codice Thuano 36.*

Adelelmi Præfationes & Benedictiones FRANCONIS. *Ex codice Thuano 63.* Extant etiam variæ Benedictiones in *codicibus 334. & 335. sancti Germani à Pratis.*

Variæ Benedictiones aquæ feruentis, ferri calidi, &c. ad capellas & fustes peregrinorum, &c.

Missæ de energumenis, ad sponsas, aduersus malos Iudices, &c.

Ceremoniale S. R. E. auctore Augustino Patricio Piccolomineo Ep. Brentino. *Ex 6. Fasciculo Bibl. Regiæ.*

Formula variarum subscriptionum & superscriptionum, & quamplurimarum literarum ad Episcopale munus spectantium, Priuilegiorum, &c. *Ex antiquissimis membranis quæ penes nos sunt in pluribus locis mutilæ.*

Libri per annum ad Matutinum & ad Prandium legendi in monasterio sancti Dionysij prope Parisios. Item in Festis & ad Collationem per annum. *Ex libro officiorum seu Consuetudinum s. Dionysij.*

Formula celebrandi Iubilæum Religiosæ vitæ annum. *Ex libro mss. Monasterij s. Genouesæ O. A. Parisiensis.*

Ciborum benedictio iuxta Regulam Magistri. *Ex veteri codice s. Mariæ Remensis, cui titulus: Liber Sacramentorum Romanæ Ecclesiæ ordine per annum.*

Formula electionis Abbatum Cassinensium. *Ex codice sancti Martini de Campis.*

Formula vestitus Religiosi Monacho imponendi & Ritus professionis edendæ in ordine Fontis-Ebraldi cum Litteris ad peten-

dam confirmationem Priorissæ eiusdem ordinis. *Ex codice mss. Monasterii de Variuilla.*

Decretum B. GREGORII Papæ de libertate Monachorum. *Ex varijs codicibus Lirinensi, Andegauensi, Flauiniacensi, &c.*

S. MACARII Abbatis qui habuit sub ordinatione sua quinque millia Monachorum, breuis regula. *Ex apographo mss.*

S. CASARII Arelatensis Archiepiscopi Regula Monialium ad Casariam sororem quæ in *codicibus Fiscanensi & Thuano 193.* extat: conferemus cum edita Tomo v. Bibliothecæ Parisiensis SS. Patrum.

S. TERIDII Regula Monachorum. *Ex codice Thuano 763.* Eam arbitror quæ Tomo xv. postremæ Bibliothecæ SS. Patrum dicitur scripta à Tetradio Presbytero, Casarii Arelatensis nepote, dictante ipso S. Casario.

Addemus & aliam Monachorum S. Casarii Ep. Arelatensis Regulam capitulis 32. comprehensam. *Ex mss. exemplari.*

S. COLVMBANI Abbatis Regula capitibus decem constans. *Ex codice Beccensi collato cum editionibus Thomæ Mesinghami Hiberni & Melchioris Goldasti Haiminsfeldij ex codd. mss. Bobiensi & s. Galli. Est quoque præmanibus eiusdem apographum ex duobus antiquis codicibus.*

S. SALVI Abbatis Alueldensis Regularis libellus virginibus inclusis cap. 78. cum præfatione ad sororem. *Ex codice mss.*

Regula venerabilis viri Stephani Muretensis Eremitæ, primi Patris Ordinis Grandimontensis. *Ex codice mss.*

Bulla S. D. N. Papæ Ioannis XII. de creatione Abbatis & Priorum ordinis Grandimontensis, cum denominatione Prioratuum Conuentualium & domorum & cellarum dicti ordinis cum numero certo dictorum Fratrum, &c. *Ex mss. exemplari.*

Ordinationes à plurimis Abbatibus & Prioribus Claustralibus Lemouicis factæ anno 1367. *Ex chartula seorsim excusa.*

Regula Canoniorum CHRODGANGI Metensis Episcopi. *Ex codice antiquissimo Fiscanensi, qui modò extat Rothomagi in Bibliotheca clarissimorum Fratrum Bigotiorum.*

GRIMLAICI ad Grimlaicum de vita & moribus Solitariorum. *Ex codice mss. collato cum Thuano 671.*

MARTONANI liber ad Monachos. *Ex veteribus membranis.*

Synodus HYBERNICA de lapsu Sacerdotis. *Ex codice Floriacensi.*

Synodus sancti Patricij. *Ex codice Andegauensi.*

Subiicientur iis Nouem Opuscula Sacra ex Græcis codicibus mss. Bibliothecæ Bauariæ & Augustanæ in Latinam linguam conuersa iam olim à R. P. Iacobo Pontano Societatis Iesv, sed.

nondum, quod sciam, typis commissa.

I. MANVELIS Caleca de Principiis Fidei Christianæ secundum Doctrinam sacrae Scripturae Magistrorumque Ecclesiae Catholicae libri duo.

II. GEORGII Trapezuntii Secretarij Apostolici Epistola ad Cretenses de Processione Spiritus sancti, & de vna Ecclesia Catholica.

III. GENNADII Patriarchæ Constantinopolitani in diem Annunciationis Beatae Virginis Panegyricus.

IV. Ex Iosephi Cretensis Horto Compendium.

V. Lilia Conuallium.

VI. Quaestiones aliquot sacrae de Deo, de personis Diuinis, Symbolo Nicano, &c.

VII. Ex SS. Patribus loci quidam insignes de diuersis argumentis.

VIII. Passio Domini nostri IESU-CHRISTI & pia eiusdem Inuocationes ex Euchologio.

IX. Mantissa de Aeternitate animorum.





NOVÆ
BIBLIOTHECÆ
MSS. LIBRORVM,

SIVE SPECIMINIS
ANTIQUARVM LECTIIONVM
LATINARVM.

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV
TERTIA PARS.

Epistolica & Diplomatica.



XHIBEBIMVS, Deo dante, in hac Tertia parte complures hætenus ineditas, Epistolas, & ex variarum Ecclesiarum ac Familiarum archiuis selecta Diplomata quàm plurima in decem sectiones hoc ordine distincta.

I. ROMANORVM Pontificum Bullas ac decretales, aut numquam publicatas, aut alienis locis insertas, aut corruptas ac mutilas cõplectetur hæc Sectio prima, non Alphabetico Pontificum digestas ordine (qui mihi omnium visus est maximè ad rem nostram & Lectorum subsidium opportunus) sed seruato temporum ac sæculorum ordine, vt cum editis seorsim Paparam Decretalibus

K

ac Bullarijs, & cum Tomis Conciliorum editionis Regiæ; possint facilius comparari,

II. LEGATORVM S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum diplomata atque Epistolas representabit, seruata, vt in cæteris fermè omnibus, Elementariâ methodo.

III. ABBATVM, Priorum, aliorumque Regularium Epistolas ac Diplomata complectetur.

IV. PRESBYTERORVM, Diaconorum, Subdiaconorum, cæterorumque Clericorum, seu Ecclesiasticorum Epistolas ac Diplomata exhibebit.

V. IMPERATORVM, tam Orientis, quàm Occidentis Epistolis ac Diplomatis deputata est.

VI. REGVM Franciæ Christianissimorum à Clodoueo Magno vsque ad LVDVICVM XIII. Epistolas & Diplomata continebit, seruato temporum ac stirpium ordine.

In VII. Reliquorum Regum Hispaniæ, Angliæ, Lusitaniæ, Dania, Hungariæ &c. coniciemus Epistolas ac Diplomata.

In VII. Ducum, Marchionum, Comitum, aliorumque Principum ac Nobilium virorum Epistolas ac diplomata recensentur.

IX. Iudicum, Magistratum, Professorum, similibusque Doctorum virorum, aliorumque duntaxat Laicorum, Epistolas ac diplomata representabit.

X. Fœminarum denique, tam Principum, videlicet Augustarum, Reginarum, Ducissarum, vt vocant, Comitissarum, &c. quàm cæterarum, quæ eruditis lectoribus placere ac prodesse poterunt, Epistolas ac Diplomata complectetur.

Atque vt hîc sileam, quæ r. de Ruricij Lemouicensis Episcopi plurimorumque aliorum Galliæ Episcoporum veterum epistolis ab Henrico Canisio Tomo v. Antiquæ Læctionis mendosissimè editis dicere possem.

II. De FVLBERTI Carnotensis Antistitis epistolis in Bibliothecis SS. Patrum Colonienſi & Parisiensibus corruptissimis.

III. De HILDEBERTI, primùm Cenomanensis Episcopi, tum Turonensis Archiepiscopi, epistolis maxima sui parte truncatis, & copiosa accessione locuplerandis.

IV. De HVGONIS Metelli Canonici Ordinis sancti Augustini, qui sancti Bernardi Claraualensis ætate florebat, Epistolis LV. Ex apographo nostro collato cum veteribus membranis R. P. Hieronymi vignery publicandis vna cum Iuonis Carnotensis Episcopi quibusdam nondum editis; in 24. codice Naudæano reperies, quæ sequuntur.

1. Registrum D. Alexandri Papæ IV. Pontificatus eius anno VII. continens vnam supra quadraginta Epistolas, quarum nonnullæ libri instar esse possunt.

2. Bullæ & aliæ litteræ Clementis V. Pontificis Maximi Pontificatus anno primo, &c.

3. Bullæ & litteræ Bonifacij VIII. Papæ anno eiusdem Pontificatus septimo ad Nicolaum Ostiensem & Veletrensem Episcopum Apostolicæ sedis Legatum ad partes Vngariæ, &c.

4. Instrumentum Conuentionum factarum inter Carolum secundum Regem Ierusalem & Sicilia anno 1307. die 6. Nouembris & magnificos viros Opizinum Spinulam de Lutulo & Barnabo de Auria Capitaneos Communis & populi Ianuæ, &c.

5. Procuratorium & instrumentum fidelitatis & obedientiæ præstitæ per nuncios & Procuratores Henrici Imperatoris & Romanorum Regis nomine ipsius sanctissimo Patri D. Clementi Papæ V. anno Domini 1309. die 26. Iulij, &c.

6. Recensio & Inuentarium diplomatum à varijs Principibus & Communitatibus concessorum Romanæ Ecclesiæ vsque ad annum 1333. qui fuit 18. Ioannis Papæ XXII. die 21. Nouembris.

7. Fragmentum breue Constitutionum Clementis Quinti in Concilio Viennensi, &c.

8. Fragmentum Registri litterarum Honorii Pontificis Maximi, &c.

In codice 25. inter cætera, 1. Propositiones Ludouici Romanorum Regis contra Ioannem XXII.

2. Attestationes testium de finibus agri Beneuétani à Gratia procuratore Regis Sicilia productorum coram L. Episcopo Anagnino & Guillelmo de Spectinis Decano Antiocheno quibus Gregorius X. mandatum ad hoc sufficiens dederat anno R. salutis 1272.

3. Contractus Conuentionum initarum inter D. Angelicum Cardinalem & Episcopum Albanensem terrarum & Prouinciarum S. R. E. in Italia citra Regnum Sicilia consistentium Vicarium Generalem & deputatos ciuitatis Aretii tempore Gregorii Papæ XI. & Dominorum Cardinalium Albanensis & Bituricensis terrarum Ecclesiæ in Italia Generalium Vicariorum anno 1371.

4. Tituli cum summarijs variorum instrumentorum & diplomatum, quæ seruantur in Tabulario seu Archiuis Ecclesiæ Romana.

5. Registrum in quo plurima Lotharii Francia, & aliorum Regum decreta continentur. Item Constitutiones Palatii Romani.

sub Ioanne & Benedicto summis Pontificibus, &c. de quibus plura suo, si Deus annuerit, tempore commemorabuntur.

Interim placet ex codice mss. *Decretalium insignis Ecclesie Patriarchalis s. stephani Bituricensis* syllabum texere Epistolarum aliquot Pontificum Romanorum, quas integras vulgabimus.

ALEXANDRI IV. Papæ. Cum per illam clausulam generalem, Quidam alij, quæ frequenter &c. Laterani 7. Kal. Maii. anno 2.

Ne delegati seu nuntii, quos plurimum Apostolica sedes mittit &c. Laterani 3. Kal. Maii, anno 2.

Licet ad compescendas futura successionis expectationes, &c. Neapoli 3. Nonas Martii anno primo. *De prebendis.*

Discrimen præteriti temporis, &c. Neapoli Nonis Apr. an. 1. Execrabilis quorundam ambitio quæ semper plus, &c. Neapoli Nonis Aprilis anno 1.

Nuper super reuocatione receptionis Canoniorum, &c. Mense Augusti anno 1.

Contingit pro quibusdam interdum sub hac forma, &c. xv. Kal. Septembris anno 1.

Quia de Conseruatoribus, quos plerumque Apostolica sedes, &c. Laterani x. Kal. Aprilis. anno 2. *De Priuilegijs.*

Quia nonnulli temporale habentes Dominium, &c. Laterani v. Kal. Aprilis anno 2. *De immunitate rerum Ecclesiasticarum.*

Licet regularis Ordinis professores præsertim quos, &c. Laterani tertio Kal. Aprilis anno 2. *De Priuilegijs.*

Quoniam nonnulli Abbates, quos Apostolica sedes &c. Laterani nono Kal. Aprilis anno 2.

Quia nonnullis personis tam Ecclesiasticis quàm, &c. Laterani nono xiiii. Kal. Aprilis anno 2.

Quia personæ religioſæ tam expressæ quàm aliæ, &c.

Quia quæ pro qualitate temporis hominum, &c. xv. kal. Septembris anno 1. *De priuilegijs.*

Quia intelleximus quod nonnulli quæstores in Regno Francia, &c. Laterani 7. kal. Aprilis anno 2. *De Pœnitentijs & Remissionibus.*

Quia olim plurimi in Cathedralium Ecclesiarum electos, &c. *De præbendis & dignitatibus.*

Cœca cordis cupiditas & ambitiosus mentis affectus, &c. *De præbendis.*

Dilecti filij Procuratores & conuentus Elyensis, &c. *De Electione.*

Cum

Cum ad Romanam, &c. quæ disponente Domino super, &c.
De Electione.

Etsi animarum affectantes profectus vniuersos, &c. *De excessibus Prælatorum.*

Dudum dilectis Filijs Ægidio Priore & Conuentu Monasterij S. Andrea de Castello Ordinis sancti Benedicti Cameracensis diocesis, &c. *De officio Ordinarij.*

Retulisti coram nobis & Fratribus nostris, quod, &c. *De iuramento.*

Vt probatio super appellatione & eius causa facilior, &c. *De appellationibus.*

In Officiale quoque Suffraganeorum respondere, &c. *De officio ordinarij.*

Explicit textus Constitutionum Alexandri PP. xv.

CLEMENTIS PAPÆ QVARTI.

Suscepti regiminis nos cura sollicitat, &c. Viterbij xii. kal. Septembris, Pontificatus anno 2. *De præbendis.*

Exigit nostri officij debitum, vt inter subditos, &c. Viterbij xix. Kal. Sept. anno 2.

Licet Ecclesiarum, personatum, dignitatum, &c. Perusij vi. kal. Septembris anno 1. *De præbendis.*

Sedis Apostolicæ circumscripta benignitas, &c. Viterbij Idibus Ianuariis anno 2.

Sæpe accidisse percipimus, quod, &c. Viterbij vii. kal. Iunij anno 2.

Explicunt Constitutiones Clementis PP. xv. At longè plures eiusdem Summi Pontificis extant Epistolæ in codice mss. V. C. Ægidij Menagij, & aliorum apographis.

NICOLAI PAPÆ III.

Coniurationum & conspirationum horrenda præsumptio, &c. Romæ apud S. Petrum Nonis Februarij anno 2.

BENEDICTI PAPÆ XII.

Paulus Apostolus egregius prædicator se & eos, &c. Auenione xv. Kal. Ianuarias anno tertio.

VRBANI PAPÆ.

Significauerunt nobis dilecti filij Abbas & conuentus, &c. Datum Viterbij.

Ioannes Frapano, Petrum & Philippum filios habens, &c. Datum Viterbij.

In libro eiusdem Ecclesiæ Patriarchalis s. stephani Bituricensis, habetur duplex Bulla Eugenij de Translatione Concilij Basiliensis.

Ferrariam xv. kal. Martij mccccxxxvii. anno septimo & tertio
Kal. Ianuarij, anno octauo, tum

Articuli super petitionibus D. N. Papæ pro Pace & vnione Ecclesiæ.

I. Quia Græci Deo fauente venerunt & applicuerunt ad ciuitatem Ferrariæ, locumque ipsum acceptarunt, vbi iam fundatum ac stabilitum est Oecumenicum Concilium celebrandum pro Sancto opere vnionis, secundum dispositionem Basileensis Concilij, prout ex forma decreti super eadem fundatione solemniter editi euidenter apparet, vbi S. D. Papa paratus est cum Collegio RR. DD. Cardinalium, & cum multitudine Prælatorum, Doctorum ac Magistrorum; velit Maiestas Regia pro fauore eiusdem sancti operis mittere solemnem ambaxiatam pro statu Fidei & honore Ecclesiæ Catholicæ ad ipsum Sacrum Oecumenicum Concilium celebrandum pariter, & honorandum, prout Christianissimum Principem in tam pio opere facere conuenit.

II. Item velit sua Regia Maiestas pro honore Fidei & fauore huius sancti operis dare liberam licentiam omnibus subditis Maiestatis suæ volentibus & debentibus venire de iure vel approbata consuetudine ad Concilia generalia, vt liberè ad ipsum Oecumenicum Concilium accedant, & ad hoc etiam sua Maiestas ipsos inducat medijs & fauoribus consuetis: alios quoque fauores ac opportuna præsidia velit concedere pro tam sancto opere conficiendo prout videbitur esse necessarium.

III. Item vt volentibus & procurantibus scandalum ponere in Ecclesia Dei & perturbare aut impedire hoc sanctum opus vnionis resistatur, petit S. D. N. Papa, quatenus peruersum & scandalosum monitorium, & peruersam ac scandalosam suspensionem cum inde secutis, facta per eos qui in Basilea remanserunt aduersus Sanctitatem suam, nec acceptentur per Maiestatem suam, nec permittat in regno suo aliquatenus acceptari.

IV. Item ad tollendum monstrum, quod stantibus his in nostra Ecclesia Catholica esse videtur, videlicet quod duo Generalia Concilia in simul reputantur, petit præfatus D. N. Papa, quod sua Maiestas Regia reuocare debeat Ambaxiatores suos de dicto loco Basilea, ac cæteros subditos regni sui, inducendo eodem, quatenus vel ad dictum Oecumenicum Concilium accedant, vt tenentur, vel ad propria loca reuertantur. Quod si corde inclinato non fecerint, pœnas aduersus eosdem fulminatas fa-

ciat Maiestas sua fauorabiliter obseruari & exequi cum effectu.

Additur: Scriptum Biturigis die v. Iunij, Concilio Gallicano cum Rege Francia incipiente ibidem in vestibulo Capellæ sacri Palatii die quarta Iunii anno MCCCXXXVIIII.

Cætera, quæ hoc & sequenti anno MCCCXLI. in eadem Bituricensi ciuitate peracta sunt, non est huius loci diffusius enarrare: nonnulla ex Historia mss. Concilii Basileensis, quæ extat in Bibliotheca Regiæ fasciculo 17. auctore Augustino Patricio Canonico, Senensi vulgauimus pag. 708. & seqq. Tomi II. nostrorum Miscellaneorum, quæ Lector consulere poterit, donec integrum illud opus publici iuris faciamus. Hæc enim eo duntaxat fine nostro Specimini inseruimus, vt frequenti Auctorum librorumque enumeratione defessum Lectoris animum tantisper reficereamus.

Interualla via fessis prestare videtur,

Quæ notat inscriptus millia crebra lapis.





NOVÆ
BIBLIOTHECÆ
MSS. LIBRORVM,

SIVE SPECIMINIS
ANTIQUARVM LECTIIONVM
LATINARVM

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV

QVARTA PARS.

Technica seu Philologica.

SECTIO PRIMA.

Quæ ad Grammaticam artem spectant.



ETRI Diaconi ad Conradum de Notis, & earum interpretatione. *Ex mss exemplari.*

Liber notarum Senici. *Ex codice Puteano.*

EVTICIS seu Eutyichis de Verbo cum glossis. *Ex codice eiusdem Bibliothecæ.*

Flores dictionum sub nomine Donati. *Ex codice Regio 762.*

De Orthographiâ nonnulla inedita. *Ex codicibus Puteanis.*

Dictionarium Plautinum, Fabularius Conradi, & doctrina Ioannis Faceti. *Ex codd. Thuanis 418. 470. 591.*

SMARAGDI Abbatis de Etymologia Verbi, & in Donatum, aliâque ad Grammaticam spectantia. *Ex codicibus Thuanis 745. Regio 1005.*

Pratensibus

Pratensis 524. 525. aliisque.

IOANNIS Scoti Expolitio in Martianum Capellam. *Ex mss. codice.*

PRISCIANI Epitome per Gozbertum. *Ex codicibus Puteano & Thuano 745. Item per Trapezuntium Ex Regio 1972.*

PAPIAS Abbreuiatus, scriptus à Martino de Arenis anno 1307. *Ex codice Puteano.*

BRITONIS summa siue Dictionarium. *Ex codice Puteano.*

Grammatica nonnulla dicuntur esse in codice 540. s. Germani *Pratensis.*

Glossarium Latino-Francicum optimæ notæ. *Ex mss. Exemplari.*

Glossæ hæctenus non editæ, ex varijs codicibus, Regiæ 772. 1013. aliisque, *Thuana, Petauiana, s. Victoris, sancti Germani, Claromontana, similitumque Parisiensium Bibliothecarum.*

Glossæ in fine Epistolarum S. Pauli, tum aliæ ex Nouo Veterique Testamento. *Ex mss. Thuano 173. aliisque, præsertim Regiis.*

Glossæ de ordine Romano & de quatuor orationibus, &c. *Ex Thuano 344.*

Glossæ in Statij Achilleidem. *Ex codice 591. Bibliotheca Thuana.*

SECTIO SECUNDA.

Quæ ad artes Rhetoricam & Poëticam.

IVLII Seueriani præcepta artis Rhetoricæ summatim collecta, & de multis syntomata, cum eiusdem tractatu de Locis Dialecticis. *Ex mss. codice collato cum Thuano 163. & Regio 1446. atque editione Parisiensi Francisci Pithæi 1. C. anni 1599.*

Quæstio in Auctorem Rhetoricorum ad Herennium Tristani Chalci Mediolanensis. *Ex codice Regio 2298.*

ANSELMI Peripaterici Rhetorimachia. *Ex codice Thuano 589.*

PETRI Rauennatis & Antonii Ancorati de Monte Granario Tractatus de Arte Memoria. *Ex codice Regio 1668.*

THOMAE de Capua Diaconi Cardinalis summa Dictaminum, siue Epistolæ. *Ex codice Regio 1278.*

GVIDONIS Fabe Dictamina, Laurentii de Aquileia Practica Dictaminis, & Anonymi nescio cuius de Dictamine. *Ex codd. mss.*

Apologi & Fabulæ pulcherrimæ, cum libro, qui inscribitur Contemptus sublimitatis. *Ex codice 988. 11. Paris Bibliotheca Regiæ.*

Declamationes scholasticæ. *Ex codice Thuano 789.*

VALERII Maximi dissuasiones ad Ruffinum, ne ducat uxorem. *Ex mss. Regio 239.*

M

IANOTII Manetti Florentini quinque orationes. *Ex codice Naudaano.*

MALLI Theodori liber de Metris. *Ex mss. exemplari.*

De generibus versuum, cum epistola, ut fertur, Hieronymi, de pedibus. *Ex codice mss.*

MARII Victorini de Metris Horatianis. *Ex codice Regio 1117.* in quo eiusdem de arte Grammatica libri quatuor.

RUFINI Grammatici Antiochenis de Metris Terentianis. *Ex codice Regio 1340.*

In CATONIS Præcepta Moralia commentarius duas in partes tributus: Prima, auctore Philippo de Pergamo Monasterij S. Mariæ de Vantio ordinis sancti Benedicti in sententias profa duntaxat oratione expositas: Altera in Disticha metra, auctorem habet Robertum de Euromodio Monachum Claraualis, nec quidquam commune habet cum eiusdem in eundem scriptorem breuibus scholiis excusis Basileæ anno 1486. in 4. *Ex codice mss. V. C. Gabrielis Naudæi.*

BERARDI Moretti, qui Rhetoricam Bononiæ docebat sub annum 1459. expositio in Poëma Ouidii aduersus Ibin. *Ex mss. eiusdem Bibliothecæ Naudæana.*

SECTIO TERTIA.

Quæ ad Dialecticam & Philosophiam.

THEMISTII de locis Dialecticis. *Ex codice 449. mss. Bibliothecæ sancti Germani de Pratis.*

GVILLELMI de Conchis Philosophia. *Ex codice Thuano 463.* Eiusdemque Pragmaticum Philosophiæ in 669.

HERENNI Philosophi in libros Physicorum incerto interprete. *Ex codice Thuana Bibliothecæ 157.* in sequenti verò continetur eiusdem Auctoris Græca expositio in Aristotelis Metaphysicam.

ADELARDI Angli quæstiones Physicæ. *Ex codice Thuano 330.*

Tractatus Arabum de varijs partibus Philosophiæ. *Ex codice Thuano 165.*

Incerti de Elementis. *Ex codice Regio 1570.*

ALBERTI Teutonici de passionibus aëris, siue impressionibus. *Ex codice Regio 1901.* Verum magna mihi suspicio est, eundem hunc esse cum Alberto Magno, cuius opera Lugdunensibus prælis emissa, iam per Gallias, totamque aded Europam circumferri incipiunt.

HIEREMIAE de Montagnano Moraliū Compendium. *Ex mss. Basil. S. P.*

L. ONARDI Aretini Isagogicon Moralis Disciplinæ. *Ex cod. 2156. Regiæ Bibliothecæ*, in quo varij continentur eiusdem tractatus de militiâ, contra Hypocritas, laudatio Ioannis Strozæ, in Nebulone Maledicum, de origine vrbis Mantuæ, Dialogorum libri duo, de studiis & litteris, pro se ipso, Vitæ Aristotelis & Ciceronis &c. *in 923. eiusdem Epistolæ. in 1540. de studiis literarum. in 2030. Cicero nouus. in 840. Historia Populi Florentini, quam, nisi fallor, exhibet codex 1769. Græcè redditam hoc titulo: De Republicâ Florentinorum.*

RAYMUNDI Lulli Practica Arboris Philosophalis, cum opusculis Italo-Latinis Magistri Christophori Parisiensis. *Ex codice mss. In volumine tertio Theatri Chemici excusi Argentorati Tribocorum apud Lazarum Zetznerum 1613. in 8. extat Practica lapidis pag. 127. & Praxis vniuersalis Magni operis. Verum hæc ad sectionem sextam commodius fortè referenda fuerant, in quam coniecimus, quæ ad Medicinam & Alchemiam propiùs spectant.*

SECTIO QVARTA.

Quæ ad Mathematicas Disciplinas, præcipuè Astrologiam pertinent.

EVCLIDIS Megarensis libri xv. Elementorum ex Arabico in Latinum sermonem versi per Adelardum Gothum Bathoniensem, cum commentariis Campani Nauarriensis. *in codice 629. Bibliothecæ Christianissimi Francorum ac Nauarriorum Regis.*

Algorismus M. Ioannis Hispalensis. *Ex codice 1089. Regiæ eiusdem Gazæ.*

PEDIASIMI de mensura terræ. *Ex codice Thuano 334. & alijs.*

Variorum Agrimenforum fragmenta. *Ex codice Regio 616.*

GALEOTI Marcii Narniensis de vulgò incognitis, ad Matthiam Hungariæ & Bohemiæ Regem. *Ex codice Regio 1857. Editi sunt eius libri duo de Homine & Doctrina promiscuâ variâ multiplicique eruditione referti, Basileæ & Florentiæ.*

Cyclus Dionysij de Quadrante. *Ex codice Thuano 605. vbi & nonnulla alia.*

Astrologica multa continentur *in codicibus 1845. 1905. aliisque Regiæ Bibliothecæ, quæ sigillatim aliàs explicabuntur.*

Excerptum ex Arato de signis Caelestibus, incerto Auctore. *Ex codice mss.*

Tractatus de Sphaera, Theoria Planetarum, Practica Astrolabij, de aequatione Planetarum &c. *Ex codice Regio 583.*

GEORGII Zothori Fendoli liber de Astrologia e Persico in Latinum translatus: *Ex codd. RR 730 & 1234.*

HENRICI, siue Herici, Autissiodorensis Tractatus de Astrologia. *Ex codice 546. Abbatia sancti Germani de Pratis ad muros Parisienses.*

Theoria Planetarum & Astrolabium Messe hallat Arabis. *Ex codice Thuano 605.*

GVIDONIS Donati & Ioannis Hispalensis Astronomica, cum Reinardi recollectionibus, & plura alia *in codd. Regijs 1152 & 1153.*

ALCABITII Introductio Astrologica, cum scholijs Ludouici de Angulo Hispani, qui ex Catalanico in Latinum sermonem reddidit librum Abrahæ Abenezrae de Natiuitatibus. *Ex codice Regio 1805. in quo Isagoge Ioannis Hispalensis de Iudicijs Astrorum.*

ARNOLDI à Palude Astrologia cum Arnaldi Villanouani Introductorio Astronomico. *Ex codice Regio 1925.*

PETRI de Aliaco Cardinalis & Episcopi Cameracensis Apologia Astronomiae ad Ioannem Gersonem. *Ex codice Thuano 447.*

HENRICI Selderi Tabulae Astronomicae anni 1340. *Ex codice Regio 1090.*

De Horologijs Sciothericis incerti. *In codice Thuano 518.*

HILPRICI liber de Anniratione. *Ex codd. Thuanis 91. 374. & 392.*

Computus Roberti Episcopi Lincolnensis. *Ex codice Regio 1100.*

Incerti computus, cum Ioannis de Sacrobosco opusculo eiusdem argumenti *in codd. Thuanis 107. 308. 605. & Regio 779.* Consulendi quoque *Regij 1005. & 1116. iis, qui studio tenentur Ecclesiastici computi.*

Calendarium Ecclesiasticum. *Ex codice Thuano 66.*

SECTIO QUINTA.

Quae ad Cosmographiam & Geographiam.

IULII Oratoris Cosmographia: *Ex apographo antiquissimi codicis Palatini Bibliothecae Vaticanae, exarato, ni fallor, manu V. C. Lucae Holstenij. Reperiuntur in codice Thuano 556. excerpta Iulij Oratoris de Prouincijs, necnon libellus de proprietatibus Prouinciarum,*

Prouinciarum, & de Hierosolyma relatio cuiusdam simplici sermone.

ÆTICI Philosophi quædam capita Cosmographiæ. *Ex codice mss.*

PETRI Alliacensis de Mappa Mundi. *Ex codice Thuano 447.*

Imago Mundi, seu breuis Cosmographia. *Ex codice mss.*

Descriptio Regionum totius Orbis. *Ex codice Regio 1431.*

PETRI Petrasanctæ Mediolanensis Geographia ad Franciscum I. Gallorum Regem Christianissimum. *Ex codd. Regiis 1139.*

2062.

NONII Marcelli Portus, & loca maritima. *Ex codice Thuano 213.*

Liber Insularum Archipelagi ad Iordanum S. R. E. Cardinalem scriptus anno 1422. auctore Christophoro de Bontelmontibus. *Ex codicibus Regio 1214. & Thuano 42.*

Liber de Ierusalem & locis sanctis, præcipuisque vrbibus ac Prouincijs. *Ex codice Beslyano, in quo Chronicon Malleacense, & Petri Tudebodi Historia Hierosolymitana edita ad calcem Tomi II. Historicorum Franciæ A. Duchesnii.*

F. ODERICI de Foro-Iulij, ordinis Minorum, Itinerarium ad partes Infidelium anno 1330. *Ex codice mss.*

Itinerarium Terræ sanctæ anno 1394. per Nicolaum de Marthono. *Ex codice Regio 371.*

VVILLEBRANDI Itinerarium terræ sanctæ *in codice Thuano 773.* In veteribus membranis, quæ penes me sunt, inscribitur, Itinerarium VVillebaudi de Aldenborc Canonici Hildesimensis, in quo agitur de situ terræ sanctæ. Longissimè differt à Canisiano Hodæporico S. VVillibaldi seu Billibaldi primi Episcopi Eistetensis, de quo suo loco.

Itinerarium Domini Simonis Bituricensis Archiepiscopi per Burdegalensem Prouinciã, & ei subiectas Dioceses, cum eas iure Primatiæ suæ visitauit anno 1284. *Ex veteri codice membranarum, qui penes me est.*

SECTIO SEXTA.

Quæ ad Medicam artem spectant.

CASSII Felicis Medicina de Græco in Latinum translata Ardabure & Asclepio seu Callepio Consulibus, hoc est anno Æræ Christianæ 447. *Ex codice Regio 1125* Meminit quidem Cassij Iatrosophistæ Naturalium & medicinalium 84. & de Animalibus

N

Ioh. Antonides Vander-Linden libro primo de scriptis Medicis, Verum huius Antiquæ de Græco Interpretationis nec tenuis fama ad eum peruenit.

ARNALDI de Villanouâ Tractatus de Vrinis. *Ex codice Thuane 435.* in quo & Iordani Rufi Calabri Militis liber de Curâ equorum. Non extat hic libellus in editione Lugdunensi 1520. & Basileensi 1585. in folio omnium operum Arnoldi, neque vlla eius vel leuis mentio in recitato Indice de scriptis Medicis Ioannis Antonidæ Vander-Lynden.

CONSTANTINI Monachi Cassinensis Medicina. *Ex codice 439. Bibliotheca sancti Germani de Pratis.*

PETRI Hispani Regimen sanitatis. *in codice Regio 1925.* quod opus, ni fallor idem est cum Thesauro pauperum, quem calamo etiam exaratum, non tantum formis cusum, videre licuit. *in 128. eiusdem Gaze verè Regiæ.*

PETRI Padubanensis Conciliator discordiarum Medicinalium, qui idem omnino est cum Petro de Apono Patauino, cuius extat Conciliator differentiarum Philosophorum & præcipuè Medicorum.

BERNARDI Alberti de Variis morbis. *Ex codice mss.* Hic ne de nomine quidem notus eidem Antonidæ Vander-Lynden.

Quæstio Menghi Blanchelli de aquâ Porreta. *Ex tertio fascicula Bibliotheca Regiæ* in quo M. Pauli Bagellardi opusculum de ægritudinibus Infantium seu morbis puerorum, quod Venetiis 1487. & Lugduni 1538. editum fuit. Menghi alia opera enumerat citatus Vander-Lynden.

FRANCISCI de Senis Mediolanensis Tractatus de Balneis & de Venenis. *Ex codice Regio. 2164.*

Io. Antonides Vander-Lynden meminit duntaxat consilii de Balneo Petrioli ad Reu. Dominum Episcopum Papiensem.

IOANNIS Martini ex Ferrariis Militis & Medici de Venenis euitandis. *Ex codice Regio 1637.*

ALBVCASIS Chirurgus ex Arabico per Gerardum Cremonensem. *Ex codice 1457. Bibliotheca Regiæ.* Huius Interpretis nulla in Indicibus mentio, cum Albucasa Arabis Methodus Methodi libris tribus comprehensa ex editione Basileensi 1541. nota sit.

MANFREDI de Monte Imperiali liber de simplicibus cum figuris herbarum. *Ex codice Regio 334.* in quo & synonyma M. Simonis de Ianuâ abbreviata per Magistrum Mundinum & alia quædam. Atque hinc quoque ditior fieri poterit atque auctior tertia Indicis Vander-Lyndenensis editio, vt Græcos Auctores silentio præ-

mam, eósq̄ue non exiguo numero, de quibus suo loco.
 MAVRI de Vrinis & Haly phlebotomia in cod. Regio 2068.
 Antidotarium vetus. Ex codice Regio 1270.
 De Mineralibus libri duo in codice Regio 492.
 Opusculum de Piscibus & de Virtutibus Gemmarum & Mineralium. Ex codicibus Bibliothecæ Thuanae 559. & 605.
 Medicinæ secreta & experimenta varia de plantis, de febribus, de Chiromantia, &c. In codice Regio 587.
 Lexica seu Glossaria Medica. Ex varijs codicibus Regijs, present. m 145. & 190. vbi de phlebotomia ex libro Syriaco, remedia, a' iaque plura, quæ non licuit in prima hac editione distinctiùs enucleare.
 Supplementum nostrum longè plures exhibebit Auctores Medicos Latinos Græcósque ex Catalogo librorum mss. Bibliothecæ V. C. Renati Moræi Doctoris Medici Parisiensis, quem cum hac essent sub prælo, nacti sumus.

SECTIO SEPTIMA.

Quæ ad Ius Canonicum & Ciuile.

M. IOANNIS Nouiomenfis in Decretum Annotationes.
 Ex codice mss.

IOANNIS Hispani lectura super Decretalibus. Ex codice Thuano 162.

Compilatio Decretorum per Laborantem Cardinalem sanctæ Mariæ trans Tyberim ad Petrum Præsulem Pampilonæ, perfecta iuxta annotationem anno Christi 1182 vltima die Aprilis. Ex mss. Basil. s. P. in quo eiusdem Laborantis opus ad Maionem Magnum Sicilia Admiratum de iusti & iustitiæ rationibus, &c. eiusdem ad Hugonem Panormitanum Episcopum Epistola de vera libertate & de alijs; nec non epistola Viuanij Cardinalis ad Laborantem de Appellatione, & summa de Titulis Decretalium, edita ab Archiepiscopo Ebredunensi.

Viderat R. P. Iacobus Sirmondus in codice S. Mariæ Virdu-nensis Collectionem Canonum diuisam in partes duodecim, quarum singula post Canonum & Decretalium capita habent additiones partim ex Registro Gregorii, tum ex Lege Romana. Præfatio. Domino magnifico vigilantissimo Pastori ac præcellentissimo Archipræsuli Anselmo, ego minima gregis ipsius ouicula, & peculiari quodammodo vernula, Pontificale decus & inenarrabile meritum vobis sedulus imprecor. Laudabilis pro-

uidentia vestra præferendum, inclyte Pastor, acumen, Ecclesiasticis vtilitatibus proindè ac solerter prospiciens, &c.

Prima pars de primatu Romanæ sedis, &c. cap. p. 133.

Secunda de honore competenti & diuerso negotio Episcoporum, capp. 307.

Tertia de Synodo celebranda, &c. cap. 252.

Quarta de congruenti dignitate & diuerso negotio, &c. cap. 181.

Quinta de Clericorum institutione ac nutrimento, &c. cap. 205.

Sexta de proposito Monachorum & professione Sanctimonialium cap. 141.

Septima de Laicis, Imperatoribus, Principibus, &c.

Octaua de norma Fidei Christianæ & gratiâ Christi, ac mandatorum executione cap. 75.

Nona de Sacramento Baptismatis & Baptizandis cap. 63.

Decima de Templorum Diuinorum institutione & cultu ac prædiis cap. 148.

Vndecima de solemnitate Paschali & reliquis Festiuitatibus cap. 43.

Duodecima de Hæreticis, Schismaticis, Iudæis, &c. cap. 84.

Iussu Domini Heimonis Episcopi Virdunensis scripsit & absoluit Rodulfus anno Incarnationis Dominicæ MVM. Indictione VII. x. Kalendas Aprilis regnante Heinrico Rege in regno Hlotharij.

Incidimus & nos in complures eiusmodi Collectiones Canonũ, Conciliorum ac Decretalium: atque vt omittam dicere de ea quam nuper inspexi in Bibliothecâ Naudæanâ, V. C. Sebastianus Hardy in Præfectura Parisiensi Senator integerrimus atque omnigenæ eruditionis laude præcellens vetustum possidet codicem membranaceum regnante Carolo Magno ante annos octingentos descriptum, in quo præter Conciliorum Orientalium & Gallicanarum Synodorum Canones, Romanorumque Pontificũ probatas Decretales, quamplurima continentur, de quibus aliàs dicendum erit.

M. RAYMVNDI summa quando pœnitens remitti debeat ad superiorem. *Ex codice 412. eiusdem sæpe citatæ Bibliothecæ Thuane.*

Vocabularium Iuris Canonici auctore F. Martino Ordinis Prædicatorum Papæ Pœnitentiario & Capellano. *Ex codice Regio 1957.* in quo etiam habentur Constitutiones G. Sabinensis Episcopi Cardinalis in Sicilia Legati Apostolici sub Martino IV. summo Pontifice.

Ordo iudiciarius in Foro Ecclesiæ editus per Magistrum Agidium

dium

dium de Fossariis vel Fularis Ciuem Bononiensem & Decretorum Doctorem. *Ex codice 24. V. C. Gabrielis Naudai.*

IOANNIS de Bononia summa Tabellionatus officij secundum formam Curia Romana. *Ex codice mss.*

DOMINICI Dominici summa secundum quam Archiepiscoporum & Episcoporum Notarij debeant officium exercere. *Ex codice mss.*

Glossa in libros tres posteriores Codicis Iustinianæ. *Ex codice Regio 163. & in varios titulos Iuris Canonici ex 1116. in quo & Officiorum varia appellationes.*

PETRI disertissimi Viri Exceptiones Legum Romanarum libris quatuor ad Odilonem Ciuitatis Florentinæ Magistrum. *Ex codice Regio 1817.*

TANCREDI summa de sponsalibus & de testibus *Ex codice Regio 1116.*

FRANCISCI de Luchanis Parmensis liber de Iustitia. *Ex codice Regio 1837.*

Formula Forenses Latino Gallicoque idiomate secundum veterem stylum Curia Galliarum. *Ex codice Naudæana Bibliotheca.*

Ex indice librorum mss. *Bibliotheca Ecclesiæ sine Capituli Beatæ Mariæ Carnotensis, nonnulla huc addam variorum scripta, quæ Lectori, vt spero non erunt iniucunda, licet quædam ex iis forte iam fuerint typis excusa.*

Collectio diuersarum literarum, formarum ac processuum secundum stylum Curia Romana: sic incipit: Exhortatio ad Soldanum vt suscipiat fidem Christi: Alexander Episcopus seruus seruorum Dei magnifico viro Soldano Persarum veritatem agnoscere & agnitam custodire, &c.

Tractatus vtilis super totum officium Missæ editus & compositus per fratrem B. de Parentinis Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Tolosana, sicut legitur in Albia præsentibus pluribus Doctoribus & Canonicis anno Domini 1339. & incipit Feria quinta post Cineres.

Diadema siue de arte Notariæ ac Tabellionatus, auctore Magistro Rollandino cum glossis.

Sacramentale Magistri Guillelmi de Monte Landino Doctoris Decretorum in 4. & in folio.

Summa Magistri Geofredi super titulos Decretalium.

Distinctiones Ioannis Bohic Iuris vtriusque Doctoris super libros quinque Decretalium.

Summula Ioannis Andrea, & alia eius opera.

Ioannis Monachi & Guidonis de Bayfio Apparatus in Sextum Decretalium.

Ioffelini de Caffanis Apparatus in Clementinas.

Liber Reynfredi de Iure Canonico.

Tabulæ Iuris Civilis & Canonici, cum additionibus Ioannis Alaniani.

Summa Magistri Ioannis de Blanafo Burgundionis Legum Doctoris.

Lectura Domini de Pistorio super Codicem.

Bernardi Compstellani apostillæ in Codicem & Digestum.

In eadem Bibliotheca librorum mss. Ecclesiæ B. Mariæ Carnotensis quatuor sunt volumina in folio calamo exarata, in quibus multa opera habentur Magistri Guillelmi Aruerni, Parisiensis Episcopi, quæ à viro aliquo erudito cum excusis conferenda essent, antequàm suscipiatur operum omnium eiusdem subtilissimi Doctoris ac sanctissimi Præfulis quæ parari dicitur editio Parisiensibus aut Lugdunensibus typis.

In primo liber de anima, liber de Rhetorica & oratione Divina, de pœnitentia, de collatione Beneficiorum, & Tractatus particularis de immortalitate animæ.

In secundo eiusdem Guillelmi summa.

In tertio liber de Trinitate, liber de vniuerso, & tractatus, cur Deus homo.

In quarto liber de Fide & Legibus, de Sacramentis, de virtutibus & vitiis.

Nec omitienda, quamuis aliò spectare videantur.

Historia Magistri Ioannis Turonensis in folio.

Guidonis de Colūna Messanensis Historia Destructionis Troie.

Tria aut quatuor Martyrologia, & libri plures in quibus SS. vita & Martyrum acta.

Regula Canonorum pluteo septimo ad sinistram.

Glossarium Latinum optimæ notæ.

Marciani Minucij Felicis Capellæ Afri Carthaginensis opera bis aut ter.

Martini iunioris Geometria, Canones, Tabulæ, &c.

Orbafius maiusculis litteris.

Alexander Iatrosophista optimæ notæ.

Liber Serapionis de simplicibus ex Arabico in Latinum.

Turgianus in Galenum.

Ioannitii Isagoga in Galenum, Viaticum cum commento, &c. ad Medicam artem spectantia.

Accedet denique Registrum omnium librorum Librariæ Domini nostri Papæ distinctum per tabulas compositas iuxta serenitatem & aptitudinem intellectus sanctissimi ac Beatissimi Domini Rogerii de Bello-Forti, sola Dei clementia Gregorij Papæ XI. anno Domini 1375. sui Pontificatus anno quinto, scriptum per fratrem Petrum Amelii de Benaco, &c. quæ habentur in codice *Naudæano*.





NOVÆ
BIBLIOTHECÆ
MSS. LIBRORVM,
SIVE SPECIMINIS
ANTIQUARVM LECTIIONVM
LATINARVM

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV

CORONIS POETICA,

Quam iure meritissimo nouum Corpus Poëtarum Christiano-
rum, siue mediæ ætatis, appellare possis.

*Coronidem nostram Poëticam quatuor similiter in partes, Historicam nimi-
rum seu Chronologicam, Biblicam & Theologicam, Epistolicam quoque,
ac Philologicam siue Technicam, visum fuerat initio distinguere: Verum,
re melius perpensa, duo duntaxat membra selegimus, vt certo nomi-
natisque scriptores ab incertis Poëticorum opusculorum Auctoribus seiun-
ctos, quibus facile dignoscere possit.*

PRIMA PARS.

Certos Auētores ordine elementario exhibet.



ÆDII Parisiensis Poëma inscriptum Carolinus, &
in quinque libros diuisum, ad Ludovicum Philippi
Augusti Franciæ Regis Filium. *Ex codd. mss. illustri-
ssimi Franciæ Cancellarii Petri Seguieri, Iacobi Mentelli Do-
ctoris Medici Parisiensis, & aliorum: Nos fragmenta quædam iam*

edidimus veluti in antecessum Tomo II. nostrorum Miscellaneorum, distincta ab ijs, quæ publicata fuerunt pag. 323. Tomi v. Duchesnianæ Collectionis Historicorum Franciæ.

ALANI de Insulis, Ord. Cisterciensis, cognomento Vniuersalis, de complanctu naturæ Elegia, cui subtexitur oratio numeris soluta. *Ex apographo mss.* Anticlaudianus eiusdem auctoris libris nouem distinctus, ac singulari, vt aiunt festiuitate, lepore, ac elegantia plenus, iam olim editus est Basileæ, apud Henricum Petrum, anno superioris sæculi 36. & Venetijs, Combeis sumptibus anno 1582. Eiusdem de Parabolis librum carmine Elegiaco exaratum, qui Altum Doctrinale inscribitur, nondum videre contigit.

ALBERTI Magni Ord. Præd. Episcopi Ratisbonensis de lapidibus. *Ex codice Regio 236.* in quo Hermetis Alchymia, Geberi de secretis naturæ, Rasis lumen luminum, & alia plurima opuscula Alchymistica.

S. ALCIMI Ecdicij Auiti Viennensis Archiepiscopi opera Poëtica nondum edita in Leuiticum, Numeros, Deuteronomium & libros Iosue ac Iudicum, proferemus in lucem. *Ex Apographis mss.* eo præsertim, quod Theodori Pulmanni manu descriptum, sibi que ab Abrahamo Ortelio donatum miserat huc aliàs R. P. Andreas Schottus Soc. nostræ Presbyter.

S. ALTHELMI seu Aldelmi Prisci Occidentalium Saxonum Episcopi Monosticha atque Ænigmata Moguntia anno 1601 edita studio & opera R. P. Martini Delrio, nunc verò emendata collatione *mss. codicum* ac compluribus versibus aucta & locupletata cum alijs eiusdem Poëmatis, Bibliothecam nostram Poëticam non exiguo afficient ornamento.

AUDRADI Modici ad Hincmarum Remensem Archiepiscopum de Fonte vitæ liber, cuius fit mentio in eiusdem Audradi visionibus pag. 390. Tomi II. Scriptorum Historiæ Franciæ, vbi Introductor capite XVIII. *Hic est Fons, &c.*

P. B. de Amoribus Speculum Sacerdotum Heroicis versibus conscriptum anno 1312. *Ex codice Naudeano.* Incipit.

Ecclesie sanctæ regimen qui ducere sanctè

vis, hæc metra lege, de sacrâ condita lege.

Quæ si perlegere bene vis, & corde tenere,

Actu & complere, poteris bona semper habere, &c. Desinit.

Explicit hoc speculum doctrinæ Presbyterorum:

P. B. composuit, qui fert cognomen Amorum,

Anno milleno, centum ter, bis quoque seno.

P.

*sunt hæc coniuncta speculo tria millia metra,
Istis adiuncta duo sunt & septuaginta.*

M. BERNARDI Siluestris Cosmographus. *Ex codice Regio 954.* ubi & eiusdem Microcosmus, Formula honestæ vitæ, & quædam Grammatica ordine Alphabetico. Eadem Cosmographia descripta habetur *in codice membranaceo R. P. Hieronymi Vignerij Orat. D. N. I. C. Presbyteri.*

BERNARDI Morlanensis Monachi ad Petrum Abbatem libri tres de contemptu mundi versibus Dactylicis quorum bini in rythmum desinunt. *Ex Editionibus Bremensi 1597. & Lunaburgensi 1640.*

COMMODIANI Institutiones per litteras versusum primas, sic enim se habet titulus *in codice nostro mss.* quas pronuper Tulli Leucorum edidit cum eruditissimis notis V. C. Nicolaus Rigaltius, corpori nostro Poëtico illigabimus.

DRACONTII nonnulla carmina, nisi fortè mentitur inscriptio, ijs superaddemus, quæ pridem emisit in publicum cum nonnullis alijs Eugenij Toletani, &c. R. P. Iacobus Sirmondus.

ENGELMODI Episcopi Elegia. *Ex mss. exemplari collato cum codice Puteana Bibliotheca.*

FLORI Magistri Lugdunensis Ecclesiæ Subdiaconi (quem sanctum & nominatissimum vocat VVandelbertus Prumiensis Monachus in Præfatione Metrici Martyrologij) carmen Hexametrum, siue oratio cum commemoratione antiquorum Miraculorum Christi Domini nostri, ut ferebat *codex 791 Bibliothecæ Petavianæ, incipit.*

*O Virtus aterna Dei, quam machina mundi
suscipit Auctorem, cui seruit terra polusque,*

Quod distichon identidem recurrit instar versusum intercalarium.

Eiusdem ad Modoinum Episcopum Augustodunensem versus Elegiaci numero 40. quibus gratias agit pro veste & linteo manutergio, quæ cum eius epistola acceperat. Adiungemus titulum Altaris Lugduni & in corporali pallula, & si quæ alia reperiri poterunt. Morellus quædam ex ijs edidit post Marij Victoris carmen in Genesim multis deformata mendis quæ eluemus.

FRANCISCI Spinolæ Siculi Poëmata *Ex codice Regio 1279.*

FVLBERTI Carnotensis Episcopi de virtutibus, & sententiæ Antiquorum de summo bono Rhythmo Trochaico, necnon versus de Pace *ex mss. Vaticano*, in quo Sidonij Epistolæ eiusdemque Fulberti, qui propterea eorum auctor quibusdam existimatus est. Eidem tribuuntur & nonnulli versus de libra & partibus eius, de vacia & partibus eius, de scripulo & partibus eius.

GIBVINI Lingonensis Episcopi Rhythmus de Paradiso. *Ex codice mss. R. P. Hieronymi Vignerij.*

GODEFRIDI Remensis carminum siue Epistolarum liber versibus Elegiacis: 1. ad Ingelramnum Archidiaconum de Moribus. 2. Somnium de Odone Aurelianensi 3. ad Virginem quamdam. Accedent eiusdem versus Hexametri Leonini ad Lingonensem Episcopum seu Calliopes & Poëta colloquium. *Ex eodem codice.*

GOTESCALCI Miserabilis Monachi Orbacensis versus longè plures editis *ex membranis veteribus calamo exaratis* breui publicabuntur à viro perquam erudito, quos, si tanti sint, in nostrum quoque corpus inferemus, cum alijs eiusdem ætatis atque elegantia Poëmatis.

M. GVALFREDI carmen de quinque partibus Rhetoricæ facultatis, Inuentione, Dispositione, Elocutione, Memoria & Pronunciatione. *Ex codice Naudæano.*

GISLEBERTI Aureæ Vallis Abbatis O. Cist. versus in sanctissimam Eucharistiam addi poterant *ex Petauiano indice* cum centonibus de pœnitentia ex Diacontio, oratione ad Christum versibus Adonicis, de Missa significationibus Elegiaco carmine, Præceptis Moralibus Heroico, & pluribus alijs.

HERICI siue Errici Monachi S. Germani Autisiodorensis libri sex de vita eiusdem beatissimi Episcopi editi sunt anno 1540. in 8. apud Simonem Colinaum cum aliquot nãuis, quos Deo dante auferemus.

HILDEBERTI Cenomanensis primùm Episcopi tum Turonensis Metropolitæ, pauca hætenus edita sunt carmina in Bibliotheca SS. Patrum, aliisque locis: Nos *ex codicibus Regijs 1576. 1815. 2267. Vigneriano iam sapius laudato, ex Victorinis, aliisque* proferemus in lucem: Versus ad B. Virginem, de Theophilo Christum negante, de Hildesonso Episcopo Toletano, de anima, de Crystallo, de instabilitate mulierum, de infortunio siue exilio suo, de Sacramentis, de Zozima Anachoreta & Maria Ægyptiaca, ac similia quamplurima, de quibus enucleatiùs suo loco. Interim monere iuuat præter ea quæ de Missa eiusque partibus ad hanc usque diem vulgata sunt, longè plura reperiri *in codice Vigneriano*, quorum hîc lemmata adscribemus in gratiam piorum Lectorum, ac Christianos ritus eo, quo par est, amore, studioque prosequentium.

Quomodo intelligi & impleri possit quod Dominus dicit, Hoc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

Cur panis & vinum in Sacramento Corporis & Sanguinis Do-

mini offeratur, & cura aqua admisceatur.

Cur tres Missæ celebrentur in natali Domini.

Quia vera eademque caro sit, quæ nunc in altari consecratur cum illa, quæ de Virgine nata & in cruce creditur passa.

Quod mundo fame verbi periclitanti Christus panis Angelorum venerit.

Quod non alius præter Christum pro peccato Adæ satisfacere poterat, & cum secundum utramque naturam immortalis esset sponte pro nobis mortuus est.

Quod Agnus immolatus in lege assus & à populo Israëlitico comestus typum Christi gessit; succedente verò gratia, & vero sacrificio apparente legales ceremoniæ cessauerunt.

Quod integer diuersis immolatus locis perseverat agnus, otusque à populo fidelium in escam sumitur.

Quod caro Christi non in merito efficitur consecrantis; sed in verbo Creatoris, & quod non à bono maius, nec à malo minus percipitur.

Quod Sacerdos dum ad altare stat, Christi similitudinem gerit, Christumque offert, ipse quoque Christus & Crucifixus dicitur.

Quod solus Omnipotens sanctificator & administrator sit sacrificij; Presbyter verò tantum minister, quodque eodem verbo caro sit in altari, quo creata est in utero sanctissimo Virginali.

Quod cælestium vasorum figulus potens est modicam panis portionem in melius, hoc est, in carnis suæ gloriam mutare, qui humanitatis nostræ testam assumptam igne passionis suæ decoctam de morte potuit ad vitam reformare.

Quod idcirco vinum cum pane in sacrificio offertur, quia nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne communicatur.

Profunda secretorum cælestium Dominus idè occultari voluit ut & perfidis celaretur, & fidelibus meritum de virtute fidei cessaret.

Aqua pariter sanguini admiscetur, quia utrumque simul in Cruce de latere Salvatoris emanavit, sanguis videlicet Redemptoris & vnda Baptismatis per quam figuratur.

In consecratione Dominici Calicis aquam vino mixtam non legimus, sed ut in hoc Sacramento nihil deesset, ad commemorationem Passionis Dominicæ Apostoli postmodum fieri decreverunt.

Quod licet vinum & aqua ante consecrationem typicè misceantur, post non nisi sanguis bibitur, quia aqua in sanguinem vertitur, ut populus, qui per illam figuratur, in melius transmutatum

tum se esse intelligat.

Quod huius Sacramenti perceptione & salutifera Crucis virtute paradifus homin: referatur & diabolus superatur.

Quod ante legem & in lege Patribus sanctis regni ianua clausa fuerat, post datam verò gratiam Latroni pœnitenti & pœnitentibus peccatoribus nunc pateat.

Quod Christus verus sit Moyses qui nobis de seruitute diaboli ereptis Agnus Paschalis immolatus est, quique per huius mundi desertum ad regnum promissum nos introducit.

Quod Dominus noster IESVS-CHRISTVS ipse sit granum frumenti quod cadens in terra mortuum & resurgendo in sementem vitæ multiplicatum sit: de cuius grano multa fidelium grana sunt orta, quæ cum illo vnâ vitæ partem in Ecclesia efficiunt.

Ne quisquam membrum diaboli factus ad Corpus Christi more Iudæ accedere præsumat, quem non tam prioris culpæ conscientia damnauit, quàm quod adhuc peccator & immundus ad mensam sacram præsumptuose accedere non formidauit.

Nulli fidelium ignorare licet Dominici Corporis & Sanguinis Sacramentum, quod in Ecclesia quotidie celebratur, ne fortè ex eo quod ignorat ad illud percipiendum censeatur indignus.

Sacramenta Dominica Presbyterum quemque scire decet quibus subiectum sibi populum erudiat & informet ad fidem, sine quibus sacerdotio fungi dignè non poterit.

Sacerdos post Christi vestigia gradiens, verbúmque vitæ populo adnuntians, & Christus Domini & ipsius Angelus dicitur, dumque proximum ad agnitionem Dei amorméque cælestium inflammat, Seraphinam sortitur dignitatem.

Quod idem sit carbo lucens qui & Seraphim: nam dum in Ecclesia Rectores sancti populum Dei tenebris extinctum verbo salutis & exemplo bonæ actionis ad superna reaccendant, profecto meritis succedentes perhibentur.

Quod terribile sit valde ad Sacramentum altaris indignè accedere, vbi Rex Angelorum hominúmque ipse summus Sacerdos & Pontifex Christus seipsum singulis in escam vitæ aut mortis porrigit, singulorum merita discernit.

Quod pro diuersitate meritorum Christus in Ecclesia agnus & hœdus vt in lege præsignatum est, immolatur, vt sicut Hieronymus ait, carnibus agni perfectiores, peccatores verò & pœnitentiam agentes hœdo pascantur.

Quod Sacerdos & quisque fidelium capiti suo, quod est Christus, conformari debet, eúmque ad cælos sequi spiritualiter,

Q

&c. *Vr̄im è diuerticulo redeamus in viam.*

HIERONYMI Venturelli Forosempronienſis Gallus Gallina-
ceus ad Antonium Gallum Vrbinatem, poem̄a 400. verſuum
ſatis elegans & venuſtum cum Præfatione. *Ex Bibliotheca V. C. Ga-
brielis Naudæi.*

HUGBALDI Monachi Elnonenſis cœnobij Ordinis ſancti Bene-
dicti Ecloga ſeu poem̄ation 136. verſum de laude Caluorum
Carolo Caluo Francorum Regi atque Imperatori dicatum, in
quo omnia verba ab vna littera C. incipiunt hoc initio:

Carmina clarifone caluis cantate Camæna. Ex editione Baſilienſi.

HUGONIS Lingonenſis Epifcopi paſſio ſancti Victoris Martyris.
Ex codice Regio 1831.

IACOBI Caietani de Stephanifchis ſancti Georgij ad velum au-
reum Cardinalis opus profometricum tribus millibus verſuum
conſtans de vita & rebus geſtis S. Petri de Murrone Cæleſtini
Papæ v. & coronatione Bonifacij viii. eius ſucceſſoris, in tres
partes diſtinctum, &c. abſolutum Valentia Segolaunorum ad
Rhodanum poſt obitum Clementis Papæ v. *Ex codice Naudæano 6.*

IOANNIS Semur Ordinis Minorum verſus & Kalendarium. *Ex Bi-
bliotheca Petauiana.*

IACOBI Comitis Iuliarij Veronenſis qui viuebat tempore Sabel-
lici & Polſtiani Epigrammatum liber. *Ex codice membraneo Bi-
bliotheca Naudæana* in qua etiam habetur Alberici de Roſate I C.
Apparatus ſiue commentarius in Comœdiam Dantis Aligerij
Poëtæ, quæ diuiditur in tres partes, cum Cæleſtini Papæ Paraphraſi
Metrica in hymnum Saluæ Regina, Bernardi Rythmo de dile-
ctione Dei, & alijs nonnullis.

LAVRENTII Dunelmenniſis Monachi de Veteri & Nouo Testa-
mento Hypognoſticon. *Ex codice Thuano 428.*

LEONII Preſbyteri Pariſienſis Hiftoriarum Veteris Testamen-
ti libri duodecim Heroico carmine, cum aliquot eiufdem Poe-
matijs. *Ex mſſ. exemplari collato cum alijs codicibus, qui in Pariſien-
ſibus Bibliothecis poterunt inueniri.*

MATTHÆI Vindocinenſis Abbatis Tobias metricatus. *Ex co-
dicibus Puteano, Thuano 525. aliſque.*

MARBODI Rhedonenſis in Armorica Epifcopi carmina quam-
plurima cum aliquot epiftolis edita ſunt anno 1524. Rhedonijs,
formis parum elegantibus. Eorum nonnulla continet *codex vi-
gnerianus ſæpe iam ſupra laudatus, quæ cum vulgatis conferre licebit.*

NICOLAI Bonaiuli Florentini carmen Heroicum libris quatuor
in figura Paradifi de quatuor virtutibus Cardinalibus. Item de

figura sancti sepulchri libri sex. Carmen sanctæ Basilicæ libri sex, de sancta Hierusalem libri 12. eiusdemque epistolæ & alia carmina. *In mss. codd. Basil. s. P. inter spiritualia colloquia num. 5. 6. 7. 8.* Ibidem quoque num. 13. fuisse dicuntur Carmina Maximiani super senectute, Regula Metrica, carmen de Virtute & Invidia, Ira & Patientia atque Avaritia: item Carmen ERVGPTI.

NICOLAI Monachi versus de Abbatibus in ouile Christi aliunde ascendentibus, & inuectiua in Abbatem Cadomensem. *Ex mss. R. P. H. Vignerij.*

ODONIS Aurelianensis Episcopi versus *ex eodem codice.*

DIVI ORIENTII Christiana Monita, seu Christianæ vitæ, in Bibliotheca Galeana reperta *ex apographo V. C. mihiq; amicissimi Jacobi Grotij*, quod conferemus cum Commonitorio Salmanticæ anno 1599. è membranæ Aquicinctinis edito, notisque illustrato opera R. P. Antonij Delrio Soc. Iesu Presbyteri, qui Orientium Illiberitanum Episcopum appellat.

V. C. PAVLINI Iunioris Burdigalensis Eucharisticon versibus Elegiacis, & Paulini alterius Petracorij (*In mss. codice sancti Germani de Pratis num. 481.* dicitur Paulinus Petricorix) libri sex de vita sancti Martini, aliâque carmina falsò iam olim tributa sancto Paulino Nolanæ Urbis Antistiti. Nunc verò ope mss. codicum ab innumerabilibus mendis purgata. *Ex apographo & recensione R. P. Jacobi Sirmondi.*

RADVLFI De Praellis Consiliarij & Magistri Hospitiorum Caroli V. & Caroli VI. Musa siue Satyra prolaica in vitia sui temporis. *Ex membranæ V. C. Gabrielis Naudæi.*

RENATI Monachi Vindocinensis carmen *in codice 1069. 11. Parisiæ Bibliothecæ Regiæ.*

Bibliotheca Petri Rigæ, siue de Rigæ, Rhemensis Ecclesiæ Clerici, quæ etiam Aurora seu Biblia dicitur, versibus Elegiacis conscripta, & allegoricè exposita. *Ex codd. 17. & 18. Bibliothecæ V. C. Gabrielis Naudæi.* Nec desunt apographa Expositionum eiusdem auctoris in sacram Scripturam *ex codicibus, ni fallor, Bibliothecæ Canonorum Regularium s. victoris ad urbem:* Vidi etiam Paraphrasim metricam Incerti Auctoris in libros Iosue, Iudith, atque Esther, Elegiaco carmine, *ex Bibliothecæ Collegij Musipontani Soc. Iesu codice mss. descriptam manu R. P. Frontonis Ducæi eiusdem Societatis Theologi.*

M. ROBERTI Blondelli de Normannia Desolatio Franciæ, dum Rex detinebatur ab Anglis. *Ex codice 935. 11. Parisiæ Bibliothecæ Regiæ.*

M. SERLONIS versus aliquot de instabilitate Mundi. *Ex codice S. Maria Remensis.*

THEODVLI Ecloga siue libellus, in quo interloquuntur Alithia & Pseuffis iudice Phronesi, editus quidem fuit Francofurti in 8. anno 1618. pag. 22. & seqq. Manualis Biblici, siue Enchiridij sancta Scriptura, sed adeò deformis præ nostro apographo, vt iterum prodire, ac rugas nauosque ponere vehementer efflagitet.

Versus Platonis à quodam Tiberiano, siue Tiberio, de Græco in Latinum translati. *Ex codice Tiliano.*

TULLII cuiusdam Ænigmata LXIII. Hexasticha propemodum omnia. *Ex codice mss. in quo Sedulij Paschale opus, Commodiani Institutiones, & alia pleraque.*

VANDELBERTI Prumiensis Monachi Martyrologium metricum, cum V. Bedæ operibus editum, pluribus in locis magna accurate emendatum, suoque nitore restitutum dabimus.

VARNERII ad Robertum versus. *Ex codice Thuano 315.*

VENANTII Fortunati, Episcopi, vt creditur, Pictauiensis, Poëmata varia, aliæque opuscula *excollatione plurimorum mss. atque adeò vnius nostri omnium optimi codicis*, in alteram pene formam conuersa, ac perpurgata, visum fuerat huiusce nostris antiquis Lectionibus inferere. Verum aliud forte suadebit prolixitas operis adiuncto ad doctissimas R. P. Christophori Broueri notationes nostro quoque spicilegio,

VRBANI II. Papæ & Clementis Antipapæ altercatio. *Ex codice Vigneriano.*

PARS ALTERA

Versus nulli addictos auctori complectitur.

Tetrasticha in præcipua quæque capita Veteris ac noui Testamenti, à Genesi vsque ad Apocalypsim. *Extant in codice mss. cum Commodiani institutionibus.* Eadem videntur cum Prudentij Amœni Diptycho seu titulis Historiarum Veteris ac Noui Testamenti quæ cum Isonis Magistri Glossis edita sunt Francofurti anno 1610. in Manuali Biblico, siue Enchiridio sacra Scriptura, sed emendatiora. Addeamus Rustici quoque Helpidij V. C. Ex illustribus & Exquæstoris Picturas Historiarum Veteris ac Noui Testamenti Tristichis Hexametris, explanatas. Necnon VValafridi Strabi Abbatis Augiensis versus ad Picturas noui Testamenti, & Anonymi Compendium Doctrinae Euangelicæ.

Carmina

Carmina in Basilicas sanctæ Mariæ & sanctorum xii. Apostolorum. *Ex eodem codice mss. cuius facta est mentio.*

Laus Domnæ Eunomiæ sacre Virginis. *Ex eodem codice.*

Vita sancti Albani Martyris. *Ex codice Puteano.*

S. DIONYSII & sociorum eius gesta metris Rhythmicis. *Ex codice Regio 1576.*

Epigramma in calc emss. libri de vita Excellentium Imperatorum, cui titulus, V. C. Aimilij Probi de excellentibus Ducibus exterarum gentium liber ad Atticum.

In laudem sancti Hieronymi versus, in fine eius operum in *Bibliotheca Vaticana.*

Poëma in laudem Origenis. *Ex codice Regio 55. optima nota, in quo Homiliæ eiusdem Latine redditæ in Genesim, Exodum, Leuiticum, libros Iudicum, Cantica Canticorum, & Hieremiam.*

De Gestis Petri de Francia Borbonij Ducis carmina. *Ex codice 191. II. Partis Bibliotheca Regia.*

Relatio de Mahomete. *Ex mss. Puteano. In saepe citato codice Vigneriano habetur versibus Elegiacis Leoninis descripta vita Mahometis ac Nicolai Apostata.*

Epitaphium Cæsaris, nescio cuius, qui in codice Vigneriano dicitur Iulius. Terrasticho auctius habetur in libro Canonum Synodorum Gallicanarum, qui fuit olim sancti Petri Beluacensis, nunc verò visitur in Vaticana, datus à Cardinale Ferrariensi.

Ex antiquo similiter codice Belli Hierosolymitani seruatum reperi Epitaphium Godefridi Regis versibus Leoninis.

Epitaphium Ioannis Bezuensis Monachi. *Ex codice mss. Bibliothecæ Regiæ, in quo Chronicon Bezuensis Abbatia.*

Veteris ac noui Testamenti Historia, siue sacra Biblia versibus expressa. *Ex codic. Regiis. 258. 1113. 1133. 1465. 1501. 1611. 2265. 2269. aliisque, quos per otium expendemus.*

Anonymi in quatuor libros Regum quatuor libri carmine Elegiaco. *Ex apographo mss.*

Ordo legendorum librorum in Ecclesiâ & Refectorio. *Ex codice mss. Monasterij S. Crucis Parisiensis.*

Poëmata quædam Christiana *ex codice Puteano, & Epigrammata Theologica ex Regio 1994.*

Versus de conuenientia Incarnationis. *Ex codice sancti Victoris.*

Oratio ad Christum in calce Martyrologij mss. Adonis Archiepiscopi Viennensis, & Carmen elegiacum de Natiuitate Christi. *Ex mss. codice.*

De æterna Filij & Hominis cum Deo Patre cooperatione. *Ex exemplari mss.*

R

De Virtutibus Boni Pastoris Hymnus versibus Trochaicis. *Ex veteribus schedis.*

De sapientia & septem artibus. *Ex mss. exemplari*, quo usus est R. P. Iacobus Sirmondus, qui edidit in notis ad Theodulfum Aurelianensem Episcopum.

De nuptijs Mercurij & Philologiae versibus Leoninis, ut vocantur *Ex codice Vigneriano*, in quo de Excidio Troiae & Aeneidos Virgiliana summa, Fabula sat longa de lupo & Opilione, Aenigmata varia, & plura alia eiusdem generis.

Aesopi fabulae versibus Elegiacis. *Ex codice Regio 893.* An eadem sint cum ijs, quae habentur in citato codice Vigneriano, & inscribuntur, Liber Hifopi, nondum inquisiuimus. Incipiunt.

Ut innet, ut prosit conatur pagina praesens,

Dulcius arident serua picta iocis, &c.

Conflictus Veris & Hyemis iudice Palamone. *Ex codice Regio 1089.*

Anonymi ad Messium quemdam Tristicha LXVII. de Figuris & Schematibus Rhetoricis. *Ex mss. exemplari.*

Kalendarium Ecclesiasticum, Carmen de anno & mensibus, & Computus versibus. *Ex codicibus Puteana Bibliotheca.* Extat etiam in codice Naudaano Veteris Romani Kalendarij explicatio per virum pietate & litteris ornatissimum P. Bernardinum anno salutis 1579.

Algorismus metricus. *Ex codice Thuano 605.*

Versus de diebus Aegyptiacis. *Ex codice Thuano 615.*

Anonymi de ponderibus & mensuris. *Ex codice Regio 1340.*

De vniuersa medicina libri quinque scripti Carmine Hexametro & in capita diuisi ante trecentos aut quadringentos annos. Incipit primus.

Principio rerum cum conditor orbis adiret

Humani generis primos plasmare parentes.

Desinit vero in hunc versum.

Omnibus ergo vale dicens in pace recede. *Ex codice Bibliotheca Naudaana.*

In eadem Bibliotheca P. C. Gabriels Naudae seruantur complures alij Poetae, quorum hic indicem ac nomina veluti per saturam describere ac coronidi nostrae superimponere extra ordinem coacti sumus, quod cum in manus nostras notitiamque primum venere, Elementarius Poetarum Catalogus ex Typographico prelo libere uolarat.

PETRI Brocardi Cancellarij ad Serenissimum Principem D. Federicum Gonzagam Dei gratia Mantuae Marchionem ac Ducem

inuietissimum Dominum suum de bello, strage, & obitu Caroli Burgundia Ducis libri duo versibus Heroicis exarati, & ex autographo descripti.

NICOLAI de Valle inuectiua versibus Elegiacis fermè sexcentis ad Pædagogum de Græcis litteris detrahentem cum Præfatione ad Franciscum Patricium. Huius Vallæ Iliada Homerica Latino carmine Hexametro redditam curauit Iacobus Faber Stapulensis Româ aduehi, & typis Ascensianis describi Parisijs in quarto, anno 1510.

FRANCISCI Petrarchæ Epigrammata sexdecim totidem Romanis Ducibus celebrandis destinata, quæ inter eius edita carmina non habentur. Extat in eodem codice Hymnus ad Iesum, varijs vocibus Græcis & Hebraicis mixtus cum Testamento Sempronij Tucidani seu Tuditani litteris maiusculis. exarato & antiqua ad Imperatorem supplicatione.

BONIFACII Veronei Principis, qui ante ducentos uiuebat annos, Veronica Heroico Poëmate mille versuum celebrata. Incipit.

Celestes aditus & diui numina vultus, &c.

HOMERI Batrachomyomachia carmine Latino Hexametro reddita per Carolum Aretinum ad Mareasium Siculum.

ANTONII Lepidi Vestini Iulia-Noua diuo Andrea Matthæo Aquauiuo, Marchioni Bitunti, Conuersani & Iulia Comiti, Terami atque Hadria Ducis illustri, poëma octingentorum versuum optima notæ, quod incipit:

Nunc canere Aonio furor est noua mœnia cantu:

Nunc amor ordini muris sublimibus urbem, &c. Desinit verò:

Quod precor, & precibus Vatis Deus annuat equis.

CAROLI Aretini Elegia pro obitu Leonardi Aretini viri doctissimi ad B... Iurisconsultissimum.

Alfonsinus de moribus & vita hominum per Reuerendissimum sacra Theologia Doctorem Magistrum Michaëlem de Striuero Panormitam. Fabula sunt quindecim ad insinuandos mores honestos excogitata in codice membranaceo ante ducentos annos exarato.

Panegyricus Heroïco carmine dictus Ioanni Langiaco Aruerno Episcopo Abrincensi, &c. Regio Legato, à Marco Aurelio Arbosano Iurisconsulto, Venetijs anno 1529. Incipit

Phæbe salutiferi proles diuina Tonantis, &c.

NALDI de Naldis Florentini Bucolica ad Laurentium Medicem, eiusdemque varia carmina.

Æsopi fabulæ carminæ reddita, Faceti disticha de moribus.

Pamphilus de amore versu Hexametro in membranis.

Historia Alexandri Regis à Magistro Qualichino, (aliàs Aretino) metricè edita, incipit:

Stellarum curis Ægyptus dedita quondam, &c.

Continet multa millia versuum in membranis & desinit:

Historiam dictam dictavit carmine quidam,

Qui Qualichinus nomine dictus erat.

Post natum Christum sunt anni mille ducenti,

Terque duodeni, quando fit istud opus, &c.

Habetur quoque eiusdem Alexandri Magni Historia meris fabulis referta scripta anno 1217. exscripta verò anno 1465. Eadem quoque antiquiori caractere in membranis figuris etiam additis in quarto.

Macharonis Forza acta Matelica Ludis Panzigonfij, poëma Macaronicum Roma mira omnium approbatione editum.

Anonymi Dialogus, an rectè versus monosyllabis verbis claudatur, & quibusnam, aduersus Thomam Corraam, qui Bononiæ ante quinquaginta annos libros de Eloquentia, Elegia & Epigrammate scribebat.

Ruffini Bini Assisiatis dissertatio, qua Propertium Assisiatem fuisse aduersus Meuanates probatur.

Anonymi commentarius in Bucolica Virgilij. Angelus Scarponus anno 1455. librum hunc Viterbij describebat.

Nicolai Treuereth Ordinis Prædicatorum, qui viuebat anno 1360. commentarij in Tragædias Seneca.

Cantalycij ad præstantissimum Præsulem Franciscum Mariam Episcopum Viterbiensem Commētarij in Satyras Persianas. Scribebat hîc magna nominis celebritate circa annum 1472. Extat quoque ibidem Anonymi commentarius in Persium.

Omitto Iuuenalis Satyras omnes in membranis, Terentij Afri Comædias ductu litterarum continuo scriptas in codice antiquo membranaceo, Sallustii Historiam, Iustini 44. voluminum Trogi Pompei Abbreviatoris libros scriptos. Reate anno 1433. & similia, quòd consilij non sit in librorum iam editorum & in omnium manibus atque officinis prostantium codices mss. sollertiùs inquirere, nisi si quid à vulgatis diuersum, aut singulari aliqua commendatione dignum forte fortuna in illis occurrerit.

FINIS.

Ex Tipographia IOANNIS HENAVLT.